Extū p̄ceptū in ordine principali z tercīū coz que respiciūt primū est istud. Non mechaberis: vbi p̄cipit vt nō ledatur prim? in re sibi ꝓiūcta per legē scz in vxore. Et accipit hic sub noie mechie: oīs illicit? cōcubit? z quicūq; coitus fornicarius: cuius mechia magis p̄rie adulteriū dicatur. Mechos eīm grece adulteriū dicatur latine. Et ad hanc reduci potest fornicatio spiritualis: sicut idolatria: de qua dicit. xij. De chata est cū lapidez ligno. Potest etiā ad hāc reduci exposito p̄aua sacre scripture. Unde ij. Chor. ij. Non sumus sicut plurimi adulterantes verbū dei. ¶Unde hic nota q; fornicatio est mortale p̄cm. Videtur tñ contrariū: eo q; act? naturalis. Actus aūt naturalis nō est peccatū. Insuper cum coire sit necessarius ad cōseruationē speciei: sicut comedere ad cō seruationē indiuidui: z in necessitate vt fame: liceat etiā nō sua rapere z cōmedere: q; tēpore necessitatis oīa sunt ꝯmunia: videtur simiiter q; in feruēti desiderio cocundi posset quis nō suā rapere z cū ea coire. Ad q̄d dicitur q; actus fornicationis dupliciter dicitur. Uno mō dicatur naturalis eo scz quia naturaliter fit. Alio mō dicit ꝓtra naturā. Et iuxta istum scōm modū dupliciter dicit adhuc ꝓtra naturā. Uno modo quādo fit ꝓtra naturalem ꝯubitū qui est maris cū femina: z isto modo p̄t dici act? innaturalis: quia ꝓtra naturalē ꝯmixtionē. Alio mō dicit ꝓtra naturā quia scz naturā in suis naturalibus vulnerat z spoliat gratuitis: scz bono gr̄e z virtutis. Et isto vltimo mō oīs fornicatio est ꝓtra naturā: sicut oīe peccatū mortale. Corrūpit eīm naturalia z destruit oīa gratuita. Et q; isti sūt effectus mortalis peccati: p̄ter hoc patz fornicationē esse p̄cm mortale. Et sic patet solutio arguēti: quia licet fornicatio sit act? naturalis: q; scz naturaliter fit: est tñ innaturalis quia naturā corrūpit. Hec sequitur q; sit actus naturalis q; naturaliter fit: q; p̄terea nō sit peccatū: vbi nō debito mō fit. Et intellige q; coitus qui de se naturalis est: post ꝓtractā p̄ peccatum p̄mi parentis ꝯcupiscentiā: est sicut cibus veneno iunctus: qui q̄uis de se naturalis sit: tñ p̄ter veneni admixtionē interficit: nisi beneficio tyriace ꝓmedēti subueniatur. Pari modo z aīam ꝯcupiscētia carnalis inordinata interficit: nisi beneficio mr̄imonij z honestate nuptiaz intercipiatur. ¶Hec est similis de extrema necessitate famis z desiderio fer

uenti coitus: q; si in necessitate famis nõ subueniat p alienũ esurientẽ: periret iudiciũ. Nõ sic aũt pirat spẽs generis hũani: si nõ satisfiat p coitũ alicuius cũ aliena. Nã saluat in alijs. Etiã ipe posset aliter saluare scz cognoscẽdo suã ꝓpriã vxorẽ. ¶Sed q̃re ponũtur duo ꝓcepta circa ꝓhibitionẽ illicitꝰ coitꝰ. s. Nõ mechaberis: et nõ concupisces vxorẽ ꝓximi tui: cum vnũ sub alio possit subintelligi. Et silr de illis duobꝫ. Non furtũ facies: et nõ ꝓcupisces rem ꝓximi tui: cũ ois q furat rem ꝓximi ꝓcupiscat et sic possit ꝓmũ cõtineri sub secõ. Aug. soluit q; in duobꝫ ꝓceptis scz nõ mechãdi et nõ furãdi: ois opa interdicta sunt: in alijs aũt duobꝰ interdicit etiã ois ꝓcupiscẽtia. Et q; vtrobiq; est ꝓcẽ: vtrobiq; est mãdatũ ꝓhibitoriũ. Nec similr fit ꝓhibitio de voluntate occidẽdi: sed tm̃ de actu: q; naturalr sunt pni boies ad vellc luxuriari et ad actũ luxuriandi. Similr ad volũtatẽ habẽdi alienũ et ad actũ: sicut ad rapinã et furtũ. Et ideo duc sũt ꝓhibitiões et data duo ꝓcepta ꝓhibitoria: vnũ cohibẽs ipam volũtatẽ: aliud cohibẽs ipm actũ. Non sic autez est in occidere: q; hõ naturalr abhorret tã volũtatẽ occidẽdi q̃ actũ. Quelibet em̃ creatura suã speciẽ amat: et nitit eã seruare: nõ destruere: nisi cũ extra se erit per furorẽ ire vel temere ꝓcupiscentie.

Expositio septimi ꝓcepti.

f Septimũ ꝓceptũ in ordine ꝓncipalit: et quartũ in ordine eoꝝ q̃ respiciunt ꝓximũ: quo. s. ꝓhibet ledi ipse ꝓximꝰ: in rebus sibi nõ per legẽ ꝓiunctis sed fortuitis: et est istud. Nõ furtũ facies. Est aũt furtũ ꝓtractio rei alienę: inuito dño: animo lucrandi. Notãter dicit ꝓtractio: q; q̃s furtum nõ facit nisi ope ꝓtractet. Dicit etiã rei alienę: q; in re q̃ plenissime mea est nõ facio furtum. Secus aũt si q̃s habeat meaũ rẽ ꝓmunẽ. Dicit inuito dño: q; si credat dñm ꝓmissuꝝ: et subsit iusta causa sic credẽdi: etiam si dñs nõ erat cõcessurꝰ nõ tenet furto. Si autẽ nõ subsit iusta causa sic credẽdi: tenet furto. Ecõtra si crederet cõtractare rẽ dño inuito: licet etiã cõtractet dño volente: peccat tm̃ mortalr et furtũ facit: q; in pcis õbendis et ꝓmittẽdis intentio ꝓncipaliter attenditur. ¶Dicit etiã: aio lucrãdi: q; si quis ancillã alienã in meretricẽ rapuerit nõ lucri sed libidinis causa: furtũ ꝓprie nõ facit: secus aũt si eã rapiat vt vendat. ¶Et nota q; in extrema necessitate excusatur fur: q; tẽpore tante necessitatis oia sũt cõia. ¶Et intellige q; sub noĩe furti: intelligit ꝓhibita ois vsurpatio illicita rei alienę: aio dico lucrãdi: qualis est rapina: vsura: negociatio fraudulẽta et hmõi. ¶Et nota q; nõ dicit. Non facies rapinã: q̃ uis rapere sit gñalius q̃ furari. Nã ois qui furatur rapit et nõ ecõuerso. Quod fecit ideo: q; iudei q̃bus hmõi ꝓcepta data sunt ꝓniores sunt ad furtũ quod est occultuz: q̃ ad rapinã vbi telis adest: et ideo occurrendo magis ꝓiculoso: furtũ in ꝓhibitione noiauit nõ rapinã. Volnit tm̃ a parte totũ intelligi: vt pote per furtum omnẽ rei alienę vsurpationẽ. ¶Per hoc etiã ꝓhiberi videtur ne fiant violẽte et nimie exactiones et tallie ꝓncipũ et militũ in populũ suũ: q; hoc videtur rapina cẽ et species furti. Propter qđ dicitur Esay. i. Principes tui infideles socij furum. Sed circa hoc distinguit ab aliq̃bꝰ: q; aut tallie iste fiũt sup seruos aut super colonos terre: si sup seruos: cũ nihil habeat nisi nomine dñi sui: videtur q; dñs seruũ suũ talliare possit et onerare: quantuncũq; vult. Potest tm̃ dñs nimis anganando seruũ suũ: nimisq; exigendo et oppimẽdo eũ ita grauiter: sic cõtra istud ꝓceptũ faciẽdo peccare: q; iustitia dei exigit vt vnusquisq; re sua debite vtatur. Non tm̃ vt sit rapina dicãt: nec oportet de necessitate restituere: licet pietas hoc exigat. Si aũt fiat sup colonos terre siue inhabitatores terrã: tũc taxanda est illaꝝ tallia rum seu exactionũ acceptatio: fm laborẽ ꝓncipis vel militis quẽ habent in defensione illius terre: quã ipi coloni sic talliati inhabitãt et etiam fm expensas quas necesse est ꝓncipi vel militi facere fm suam moderatã et honestam familiã: et si vltra exigant rapina est: et q; istud ꝓceptũ inhibetur.

Expositio octaui ꝓcepti.

o Octauũ ꝓceptũ in ordine ꝓncipaliꝫ quintũ in ordine eoꝝ que respiciũt ꝓximũ: quo. s. ꝓhibet quis õ ꝓximũ transgredi ore. s. ferendo falsum testimoniũ: et est istud. Nõ loquaris ꝓtra ꝓximũ tuũ falsum testimoniũ. ¶In quo et ꝓiurũ et mendacium ꝓhibetur: q; vt dicit Aug. li. de mendacio. Omne mendacũ hoc genere ꝓhibet cõplectitur. Quisquis em̃ aliq̃d enũciat ꝓhibet testimoniũ animo suo: vñ si mẽtitur: falsum testimoniũ animo suo ꝓhibet. ¶Per hoc autẽ quod hic dicit cõtra ꝓximũ: vt dicit Augu. de quẽstionibus Exo. nõ videt ꝓhibere mendacium q̃ pdest alicui: et nihil obest ei cui mentitur. Est argumentũ q; est aliq̃d genus mendacij q̃d nõ est mortale pcm̃: illud. s. q̃d nõ fit cum libidine decipiẽdi vel nocendi. Nec em̃ omnis intentio vel libido fallendi: efficit mortale peccatũ. Predicat em̃ hoc ꝓplexũ intentio fallen

di ⁊ de mēdacio pnicioso:⁊ de mēdacio ioco/ so:⁊ de mendacio officioso:sed tm̄ p pr⁹ ⁊ per posteri⁹:⁊ de se ꝑm suā primariā intētionē nō dicāt nisi de mēdacio pnitoso. Et tō solū ꝑm se mendaciū pniciosum a multis reputat esse mortale petm̄:vt videt velle ꝓpositinus ⁊ mgr̄ Guilhelm⁹ antisiodorē.⁊ alij mgri ma gni decretoꝝ. ¶Sūt aūt ꝑm Aug. octo gene/ ra mēdaciorū:q̄ sufficienā sic accipe. Tria ei in genere sunt mouēcia ad mēdaciū: scz noci/ uitas:libido mētiēdi ⁊ vtilitas. ¶Si aūt noci uitas sit in causa:ℏ est si ꝙs mētiat vt noceat: aut ergo intēdit inferre alicui nocumentū spi rit⁹:vt scz subuertat a fide catholica aut a re/ gulis bonoꝝ mor:vt sunt q̄ dicūt xp̄m nō in/ carnatū:vel luxuriā non esse petm̄ mortale:⁊ bmōi:⁊ tūc est prim⁹ modus seu primū gen⁹ mendacij:scz mētiri in doctrina pictatis ⁊ re/ ligiōis:⁊ hoc est mortale petm̄. Aut intendit nocumētū tori⁹ bois:qđ cōtingit duplicit:scz vl intēdēdo nocere vniuersaliter ⁊ totaliter: ⁊ ꝑm genus qđ oibo nocet:⁊ nulli pdest: vt q̄ mēda citer ꝓsequit hominē ad mortē. Et est secūd⁹ modus seu secūdū gen⁹ mēdacij:⁊ istud ē pec catū mortale. Aut intēdēdo nocere particula riter:⁊ ꝑm gen⁹ qđ alicui nocet: ⁊ alicui p:/ dest:vt est mēdaciū mercatoꝝ ⁊ calūniatoꝝ. Et est tertius mod⁹ seu tertiū genus mēdacij ⁊ istud simplicit est petm̄ mortale:⁊ vocatur qlibet istoꝝ triū generū mēdaciū pniciosuꝫ. ¶Si aūt libido mētiēdi sit in causa:ℏ est si ꝙs mentiat et sola libidine:tūc aut mouet tm̄ ex affectiōe ⁊ intētiōe mētiēdi:⁊ nō ꝓpter aliud: ⁊ est quartus modus seu quartū gen⁹ mēda/ cij:qđ vocat mendaciū libidinosum:⁊ ponit mortale petm̄. Aut mouet ex intētiōe mouēdi auditorē ad cōplacentiā vel risum:⁊ est quin tus modus seu quintū genus mēdacij quod vocat mendaciū iocosum:qđ ponit vt cōmu/ nius veniale petm̄. ¶Aut vtilitas aliq̄ est in causa:ℏ est si ꝙs mētiat vt sibi vel alteri ꝓsit:⁊ tūc aut vtilitas illa cōsistit in bonis fortune q̄ pdi pñt:vt si ꝙs mētiat ne p raptores suam pe cuniā amittat:⁊ est sext⁹ mod⁹ seu sextū gen⁹ mēdacij. Aut illa vtilitas cōsistit in bonis cor/ poris:vt cū ꝙs mentit ꝓ saluādo vitā hois:vt si homo q̄rat ꝓ cū occidēdo:aut ad mortē du cendo ⁊ mentiēdo dicat se nō vidisse vel nesci re vbi sit:⁊ est septim⁹ mod⁹ seu septimū gen⁹ mēdacij. Aut illa vtilitas ꝙsistit in bonis aie: q̄ tm̄ sic sunt i aia: vt quodāmō etiā habeāt cē in corpore:vt cum quis mētit ꝓ sua aut alteri us pudicicia vel virginitate seruāda:⁊ ēoctā nus modus seu octanū genus mendacij:ꝑm debitā assignationē Augustini. Et vocat qđ libet istorū triū vltimoꝝ generū mendaciū of ficiosum:⁊ de se ponunt esse petā venialia.

De triplici genere men

dacij. ¶In sūma nota ꝙ in genere est triplex mendaciū:scz pniciosum:libidinosum ⁊ offi/ ciosum. ¶Primū scz pniciosum continet sub se tria prima genera sup posita ⁊ declarata:et est semp mortale petm̄. ¶Secūdū scz libidi/ nosum cōtinet sub se quartū gen⁹ sup posit̄ ⁊ declarati:qđ ponit mortale. Et quintū qđ dicitur iocosum:⁊ ab omnib⁹ ponitur venia le. ¶Tertiū scz officiosum cōtinet sub se sextū: septimū et octauū:genera etiā supra posita et declarata. Et est semper veniale:nisi ex acci/ denti efficeretur mortale.

Expositio noni et decī

mi p̄ceptoꝝ legis.

n Onum ⁊ decimū mandata in or/ dine principali:⁊ sextū ⁊ septimuꝫ in ordine eoꝝ q̄ respiciunt primū: eo ꝙ diuerso mō ordinant ꝑm ordi nem text⁹ Exodi ⁊ Deuteronomij simul per/ tractent:in q̄bꝫ pbibet trāsgressio in corde cō tra primū. Fit aūt trāsgressio in corde duplı/ citer:vicz q̄tū ad ꝓcupiscētiā carnis:ꝫ quam ponit nonū mādatū qđ est: Non desiderabis vxorē ꝓximi tui. Qđ ponit nonū ꝑceptū ꝑm mgr̄m in li. sniarū.⁊ ꝑm Augu.⁊ ꝑm lib:um deuteronomij:licet alit⁹ ordinet in exodo. Itē fit trāsgressio ꝫ primū in corde q̄tū ad cōcu piscētiā oculoꝝ:ꝫ quā ponit decimū mādatū qđ est: Nō cōcupisces domū ꝓximi tui:quod ponit in exodo nonū. ¶In q̄bꝫ notādū ꝙ pbi betur spāli mādato cōcupiscētia carnis ⁊ ꝓcu piscētia oculoꝝ pot⁹ q̄ ꝓcupiscētia aliorū ma lorū actuū:qz iste due ꝓcupiscētie habēt dele/ ctationes suas etiā añ op⁹:⁊ nō tm̄ ꝓiunctas op⁹:vt dic̄ Augu. Et cū hoc etiā habēt in ope nocumētū ꝓximi:qđ nō sic est in cōcupiscen/ tijs aliorū actuū. Et ideo ꝓpter istā turpitudi nem ustarū concupiscentiarū que sic sunt ante opus reprimendā:data sunt ista mandata q̄ ꝓhibent cordis cogitatū. Vel ꝓpter causaꝫ supra in fine sexti mandati assignatā. ¶Por/ro qđ subdit:non seruū:non ancillā ⁊c. qđ an nectitur nono mādato ꝑm ordinē exod.⁊ de/ cimo scz de non concupiscēdo domū ꝓximi ꝑm ordinē deutero. v. specialiter ad decimuꝫ pertinet mandatū. Ordinatur tamen cū no/ no ꝑm dictū ordinē Exod. eo forte ꝙ ea q̄ ibi enumerant sūt res mobiles sicut vxor: de qua est nonū mandatū.

Vnde sumitur nume

rus seu sufficientia p̄ceptoꝝ legis.

Nunc restat videre nnmerũ ꝛ suffici
n entiã vsto; decẽ ꝓceptoꝝ seu man-
datoꝝ legis. Circa qõ nota ꝙ siẽ
sup̃ dictũ est: lex ꝓceptoꝝ posita est
ꝓpter trãsgressionẽ. Trãsgressio aũt in primo
suo genere ẽxtũ ad materiã ꝓsentẽ attinet: du
pliciter habet fieri: scz directe cõtra deũ: vl' di-
recte contra proximum.

De triplici modo transgressionis contra deum.

¶ Cõtra deũ aũt cõtingit directe transgressio
nem fieri triplicter: scz corde: ore ꝛ ope. Cor-
de aũt fit cõtra deũ trãsgressio: cũ ꝺs scz a deo
auertit ꝙ idolatriã vel hmõi: qõ ꝙ primũ ꝓce-
ptũ seu mãdatũ ꝓhibet: in q̃ ór. Nõ habebis
deos alienos coꝝã me ꝛc. Ore fit cõtra deum
trãsgressio ꝙ nomẽ scz suũ mẽtẽdo: blaspbe-
mãdo: periurãdo ꝛc. Qõ ꝙ secũdũ ꝓceptum seu
mãdatũ ꝓhibet. in q̃ ór. Nõ assumes nomen
dei tui in vanũ ꝛc. Ope aũt fit ꝺ deũ trãsgres
sio: qñ scz tpe debito ꝛ ad dei cultũ ꝓncipaliꝰ
deputato fit opatio nõ licita: vl' illi cultui seu
illi tpi ñ ꝓueniẽs. Qõ ꝙ tertiũ ꝓceptũ seu mã
datũ ꝓhibet: in q̃ ór. Memẽto vt diẽ sabbati
sanctifices ꝛc. ¶ Contra primũ ꝓngit directe
trãsgressionẽ fieri dupliciter. Vel omissiõe. s. bo
ni: ad qõ ꝺs erga ꝓximũ tenet. Vel illatione
mali: qõ ꝺs sibi inferre nõ deberet. Cõtra pri
mũ. s. ꝛa omissionẽ boni: ad qõ ꝺs erga ꝓxi
mũ tenet: ꝺat ẽrtũ ꝓceptũ seu mãdatũ qõ est.
Honora patrẽ tuũ ꝛ mrem tuã ꝛc. ¶ Illatiõe
ꝙo mali ꝓngit tripl'r ꝺ primũ trãsgressionẽ
fieri: scz ope: ore ꝛ corde. ¶ Ope q̃dẽ dupliciꝛ.
Vel scz malũ ꝓximo inferẽdo in seipo. i. i sua
ꝓpria ꝙsona. Qõ ꝙ q̃ntũ ꝓceptũ seu mãdatuz
ꝓhibet: in q̃ ór. Nõ occides. Vel primo infe-
rendo in re sua. ꝛ hoc iterũ dupliciꝛ. Vel. s. i re
sua sibi ꝙ legẽ cõiũcta: vt est vxor. Qõ ꝙ sextũ
ꝓceptũ seu mãdatũ ꝓhibet: in q̃ ór. Non mo-
chaberis. Vel in re sua nõ sibi ꝙ legẽ cõiũcta:
sed oino separata: qualia sunt bona fortuita.
Qõ ꝙ septimũ ꝓceptũ seu mandatũ ꝓhibet:
in q̃ ór. Nõ furtũ facies. ¶ Ore fit ꝺ primum
trãsgressio sibi mẽtiẽdo: fallẽdo: decipiendo:
falsum testificãdo. Qõ ꝙ octauũ ꝓceptum seu
mãdatũ ꝓhibet: in quo ór. Nõ loquaris con
tra ꝓximũ tuũ falsum testimoniũ ꝛc. ¶ Corde
deniq; fit cõtra ꝓximũ trãsgressio dupliciter.
Vel scz ẽxtum ad cõcupiscentiã carnis. Con
tra qõ datũ est nonũ ꝓceptũ seu mãdatum.
in quo dicit. Non desiderabis vxorez ꝓximi
tui. Vel ẽxtum ad cõcupiscentiã oculoꝝ. Cõ
tra qõ datũ est decimũ ꝛ vltimũ ꝓceptum seu
mandatũ: in quo dicit. Nõ cõcupisces domũ
ꝓximi tui: non seruũ: non ancillã ꝛc.

Qualiter per decẽ ꝓce

cepta legis omne pcm̃ mortale prohibet. 3

Vltremo notãdũ est qualiter in de
p calogo fit virtualiꝛ ꝛ effectiue oĩs
peccati mortalis ꝓhibitio. Prohi-
bentur eñ ibi septẽ capitalia pcã.
¶ In primo ãppe ꝓcepto seu mãdato ꝓhibet
supbia. Ipsa etenĩ ozationi: intimo debitoq;
cultui ꝓtrariat. Unde Eccl. x. Initium super
bie hois apostatare a deo. ¶ Invidia aũt pro
hibetur in ẽrto ꝓcepto seu mãdato. Ibi enim
vt a parte totũ intelligat: ꝓcipit vnicuiq; bo-
noꝝ debitũ impẽdere: qõ facere nõ sinit invi-
dia. ¶ Ira aũt prohibet i ãnto ꝓcepto seu mã
dato. Ibi eñ ꝙfecte intelligẽdo prohibet occi
sio seu homicidiũ: omneq; nocumentũ in ꝙso
na ꝓximi: ad q̃ inducit ira. ¶ Luxuria ꝙo tam
coꝝoraliẽ q̃ mẽtalis ꝓhibet i sexto ꝓcepto seu
mandato: ꝛ in nono. Ibi eñ ꝓhibet mechia:
oĩsq; illicit⁹ ꝓcubit⁹: ꝛ etiã oĩs illicita carnis
ꝓcupia. ¶ Gula aũt q̃ deseruit luxurie i eisdẽ
duoby ꝓceptis effectualr prohibet: sic eñ i na
turis nutritiua deseruit generatiue: ita in vi-
cijs gula deseruit luxurie. Vel fm alios: Gu
la in primo mandato prohibet. Gulosi eñ vt
cõmunt⁹ deũ nõ colunt: sed vẽtrẽ suũ. Unde ad
Philip. iij. Quoꝝ deꝰ vẽter est ꝛc. ¶ Accidia
ꝙo in tertio ꝓcepto seu mandato prohibetur.
Ibi eñ ꝓcipit debita sabbati sanctificatio: qõ ꝙ
prie fit ꝙ spũalẽ animi ꝙtẽ in deũ: feruentẽq;
ꝛ diligentẽ laudẽ dei. Cuius contrariũ oĩno
efficit accidia: que in seipa quietẽ extra deum
ẽrens tabescit: ꝛ a laude diuina torpet. ¶ Ava
ritia tam realis seu exterior: ẽq; etiam mẽtalis
prohibet in septimo precepto seu mandato ꝛ
in decimo. Ibi enim prohibet furtũ: omnisq;
rei aliene vsurpatio: indebitaq; detentio. Et
etiam omnis mentalis bonorũ ꝛ rerum illici
ta concupiscentia.

Quod effectualiter in

primo precepto prohibet omne peccatũ. Põt
etiã ꝛ aliter dici: qz scz in primo ꝓcepto seu mã
dato prohibet nõ tm̃ omne capitale peccatũ
quiu etiã omne peccatũ mortal. Tunc enim
est peccatũ mortale: cũ homo plꝰ vel eque ali-
quam creaturã diligit sicut deũ. Qõ plane in
primo ꝓcepto seu mãdato: qõ est de vno deo
sup̃ oĩa diligẽdo ꝛ colẽdo prohibet: ꝛ sic ex cõ
sequenti omne mortale pcm̃ in illo primo ꝓ-
cepto effectualiter censet prohibitũ.

Illius modus ponendi

prohibitionẽ septẽ peccatoꝝ mortaliũ ꝙ de-
cem precepta legis.

Unt ꝛ alij alit imaginãtes: qui ad
huc amplꝰ ipa septẽ pcã capitalia
p dicta decẽ legis p̃cepta seu mãda
ta ꝓhiberi ꝯapiũt: ꝛ ponũt cõside-
rando sꝫ plenariã ipsoꝝ p̃ceptoꝝ seu mãda-
torũ intẽtionẽ: finẽ ꝛ effectũ. Dicũt enim supbiã
prohiberi per primũ ꝓceptum.

De prohibitione superbie

p ꝓmũ: p secũdũ: p tertiũ: p q̃rtũ. Etenim vt
dicunt (iuxta qꝺ supꝰ tactũ est) supbia facẽ apo-
statare a deo: supbia ꝓcluis est ad cõtẽnendũ
blasphemãdũꝫ nomẽ dei. Supbia nõ sefacili
lit ad debitã sabbati sanctificationẽ: debitoũꝫ
cultũ deo exhibẽdũ disponit. Superbia non
libenter debitũ patri ꝛ matri ac alꝫs quibus
cõuenit: honorem impendit.

De prohibitiõe inuidie

¶ Dicũt enim vt supꝰ inuidiã ꝓhiberi p quartũ
p̃ceptũ: p ꝗntũ: p octauũ. Etenim inuidia nõ fa
cilius ad debitũ tã ꝓri ꝛ mꝛi: ꝫ alꝫs ꝺbꝰ ꝓue-
nit honorẽ ipẽdẽdũ: animũ inclinat. Inuidia
sepe ꝓximũ aĩo ꝛ iterdũ ꝓbo necat: eiusꝫ mor
tẽ optat: ꝛ in ea exultat. Inuidia libẽter ꝓxio
detrahit: falsumꝫ de eo testimoniũ ꝓhibet.

De prohibitiõe ire.

¶ Item dicũt ꝛc. p secũdũ p̃ceptũ: p quintũ et
octauũ. Etenim ira facilis est ad nomẽ dei i va
num sumendũ ꝛ blasphemãdũ. Ira ꝓcluis
est ad occasionẽ seu lesionẽ primo in ꝓpria
psona inferẽdũ. Ira etiã inclinata est ad ꝓxi-
mũ verbis iniuriandũ ꝛ dãnificãdũ.

De prohibitione duplicis luxurie.

¶ Per septũ p̃ceptũ ꝛ nonũ dicũt ꝓhiberi du-
plicẽ luxuriã: actualẽ sꝫ ꝛ mentalẽ. Luxuria
enim put in nomẽ trãsit vicꝫ capitalis: ꝺr ois il
licitus ꝛ indebitꝰ actualis cõcubitus. Dicit
etiã omnis illicita cõcupiscẽtia carnalis.

De prohibitiõe gule

¶ Dicũt gulã ꝓhiberi p ꝓmũ p̃ceptũ: p tertiũ:
p sextũ: p nonũ. Per primũ ꝺdẽ eo respectu ꝙ
supꝰ declaratũ est. Etenim gulosi vt cõmunius
deũ nõ debite colũt: sed ventrẽ suũ. Bula re-
spectu tertij p̃cepti nõ faciliter inclinat ad de-
bite sanctificandũ sabbatũ: eaꝫ supp̃ortandũ
ꝙ ad dictã sanctificationẽ spectãt. Per sextum
ꝺo ꝛ nonũ p̃ceptũ eo respectu vt supꝰ declara-
tum est: ꝓhiberi dicit ꝙ luxuria cui deseruit.

De prohibitõe acidie.

¶ Dicũt acidiã ꝓhiberi p tertiũ p̃ceptum: per
quartũ. Per tertiũ ꝺqẽ eo respectu ꝙ supra de
claratũ est. Respectu ꝺo q̃rti p̃cepti: qꝛ acidia
q̃ de se negligẽs curia ꝛ torpẽs ẽ: omo ipedi
tiua ꝛ opposita videt debite honoratõis: pui
siõis: ꝛ sustẽtatiõis parẽtũ: eoꝝũꝫ ꝺbꝰ ꝓuenit.

De prohibitione duplicis auaricie.

¶ Duplicẽ auariciã: exteriorẽ sꝫ ꝛ mentalem
dicũt ꝓhiberi p primũ p̃ceptũ: p q̃rtũ: p septi-
mũ: p decimũ. Etenim respectu ꝓmi p̃cepti ava
ricia (ꝙ iuxta dictũ apli ad Eph. v. ꝓprie idolo
rum seruitꝰ est) deũ nõ debite colit. Respectu
q̃rti p̃cepti manifestũ est auariciã debite ꝓtra
ri honoratiõi: subuẽtioni ꝛ ꝓuisioni parẽ-
tum ꝛ aliorꝫ ꝺbꝰ ꝓuenit. Respectu ꝺo septimi
p̃cepti ꝛ decimi satis facta est supꝰ declaratio.
¶ Possent ꝛ alꝫs modis alꝫsꝫ respectibꝰ ꝛ rõ
nibus ipa septẽ pcã capitalia p dicta decẽ le-
gis p̃cepta ꝛ mãdata ꝓhibita dici ꝛ assignari
iuxta varios ꝓcepꝰ: variasꝫ imaginationes
hominũ.

Finit secũdus tractatus hui
libelli ꝙ est ꝺ expositiõe decẽ p̃
ceptoꝝ seu mandatorũ legis

Tractatus tertius de septẽ sacrĩs ecclie ꝛ eorũ declaratiõe.

D cõpẽdiosam

sacrorꝝ noui testamenti notitiã
videndũ est sũmatim in genere
ꝺd sit sacrũm. Quibꝰ de causis
institute sunt sacre. Jn ꝺbꝰ cõsistant. An aliq̃
possint iterari. Quot sunt ꝛ q̃lẽ ad vicia ꝛ ad
ꝓtutes ꝓtrarietatẽ ꝛ ordines habeãt. Deinde
de q̃libet sacro tãgẽdũ est aliꝺd in spãli.

Diffinitio sacramenti ꝛ eius exposicio.

Jffinitio autẽ sacri ex verbis mgri
in. iij. sniarũ elicit ꝙ est ista. Sacra
mentũ est inuisibilis gratie visibilis
forma: imaginẽ ipsiꝰ gerens ꝛ causa
eius. ¶ Quã sic intellige. Sacrũm est forma
nõ intrinseca ꝺdẽ: vt est accidẽs vel forma es-
sentialis exterior. Nõ intrinseca ꝺdẽ: vt ẽ for-
ma cẽntialis: sꝫ exterior vt est accidẽs. Visibil
sic. s. vt sic visus p q̃libet sensum: ita visibile p ꝙ
libet sensibili. q. d. Sacrũm est sensibile signuꝫ
vel sensibile signatũ seu figuratũ. Jnuisibilis
gratie. i. gratie ꝙ non videt vel nõ sentit sensu
exteriori: ꝛ ꝯ dicẽ ad dñam decoris corporis
ꝛ hmõi: que sunt gratie visibiles. Jmaginem
gerẽs. i. similitudinẽ ipsiꝰ. s. gre. Verbi gra. ꝓ

ꝓtetas ꝙd i naturalio ꝓneta est aq̃ q̃ in sacro bapt̃smu gr̃am repſentet inuiſibilẽ: vt puta refrigerũ qó est in aq̃: repſentat refrigerũ gratie ab incẽdio fomitis. Et vis ablutiua q̃ ẽ in aq̃: repſentat ablutionẽ a macula originali. ¶ Sequit causa effectẽs: scz ipse gr̃e: cõiter et large sumẽdo causam sic. s. q illud dicat esse causa alicui⁹ rei: sine q̃ res ipsa nõ fit: q̃uis sine eo fieri posset. De⁹ em̃ ꝓpue et ꝑ se causa est remissiõis peccati et collatõis gr̃e. Quia tm̃ ℟ cõmuniter nõ facit nisi ad existentiã sacri vbi sacr̃m haberi põt: ideo ó: cõiter sacr̃m ipse: ũ causa: quasi illó sine q̃ hec nõ fiũt. ¶ Qó si obiect de corpore xp̃i vero: qó est sacr̃m corporis mystici: vt infra dicet: qó tm̃ nõ est signum sensibile: nec forma visibilis. Dic q corpus illud est sensibile et forma visibilis in annexo: scz in se nõ sit: scz em̃ in sua ꝓa et ꝓpria natura non sit visibile aut sensibile: est tm̃ visibile et sensibile in forma vel specie panis annexi. Vñ cũ ó: Sacr̃m est inuiſibil' gr̃e visibil' forma: intelligẽ. s. in se vl' vñs annexũ visibile vl' sensibile.

Quibus de causis instituta sunt sacramenta.

Eciã magr̃m i. iiij. sñiaꝝ instituta sunt sacra ꝓpt̃ hũiliationẽ: ꝓpter eruditionẽ: ꝓpt̃ exercitiũ. ¶ Propter hũiliationẽ vicz vt ꝓpt̃ deũ subiũcia tur pcõ: curãd⁹: creature: q̃ p auersiõz a deo p inordinatũ amorẽ creature subiect⁹ ẽ. Equũ em̃ est vt vbi orit pcm̃: ibi et moriat. ¶ De eruditiõe. Propt eruditionẽ ꝓ: vt p ipsa exteriora sacra ad aliq̃ spũalia cogitãda et cõsiderãda erudiamur et excitemur. Excitamur etiã vt aduertam⁹ p ea q̃ exteri⁹ vident: purgatiõz aie intrinsecã i sacro fieri. Si em̃ de⁹ aiam curaret: nulla exteri⁹ dũ purgat vl' añ vel p⁹ cõ posita specie nũq̃ cogitaret rudis hõ de aliq̃ interiori purgatiõe: scz p hec q̃ exterius fieri videt: instruit et excitat ad recogitãdũ purgationẽ fieri interi⁹. ¶ De exercitio. Propt exercitiũ ꝓ: vt scz hõ in his exerceat: vt picula ociosita tis deuitet: qó nõ refert hic ad actũ sacr̃i: q̃ in plurib⁹ iterari nõ põt: scz od actũ gratie sacramentalis q̃ freq̃nter iterãdus est. ¶ Ali⁹ mod⁹. Vel ꝓdicta sm̃ q̃sdã distingue: q scz sacra data sũt clericis in exercitationẽ siue exercitiũ. Hi em̃ exercitiũ habẽt in ipsa. s. sacra ministrãdo: vt celebrãdo: pnias iniũgẽdo: infirmos vngendo: et tam ipsos q̃s sanos cõicãdo et alia sacra exhibẽdo. In q̃bus sufficiẽter poterunt occupari tam sacerdotes q̃ alii clerici: q̃ tenent eorum esse ministri et coadiutores. Sic ergo data sunt ipa sacra clericis in exercitationẽ. Laicis aũt data sunt in eruditionẽ: vt sup̃ monstratũ est. Utriscz aũt tã clericis q̃ laicis data sunt i humiliationẽ: q: vtriq; sacra suscipiũt. In q̃bus ꝓpter deũ se creature subiciant: cui añ imoderate amãdo ꝙ deũ se subiecerũt.

In quibus cõsistunt sacramenta.

Onsistunt aũt sacra) vt dic̃ mgr̃. in iiij. sniarũ) in duob⁹. s. in rebus et in verbis: et p res intellige oia sensibilia ad sacr̃m necessaria ꝑt̃ba: vt aquã: oleũ: lunionẽ: panẽ: vinũ: impositionez manuũ et cetera hmõi. In sacramẽto tm̃ in q̃ necessaria sunt. Per verba aũtez intellige oia ꝓba necessaria ad sacr̃m: siue sint inuocatio trinitatis: siue alia q̃cũq; ꝓba ad ipm̃ sacr̃m necessaria. ¶ Unde p aquã et oleũ q̃ h̃ quasi causa exẽpli ponit: intellige oẽs res necessarias in oibus sacr̃is. Et p nomẽ trinitatis omnia ꝓba necessaria ad sacra. Hoc tm̃ scias q non in oibus sacr̃is equaliter sunt hec duo necessaria. Põt em̃ matrimoniũ cõtrahi nutu vl' signo: q̃ succedunt loco ꝓbor̃: vt in mutis. Põt etiã vera pnia sine ꝓfessiõe et satisfactõe in alio casu haberi. Uerũm̃ de pnia dicunt alii q tota virtus pnie põt haberi sine cõfessiõe et satisfactiõe: sed non sacr̃m pnie inq̃ntum sacramẽtũ: quia sic. i. inquantum pnia est sacramẽtum: ꝓ tritio: confessio et satisfactio: ad esse suũ exigunt: vt partes sue integrales. Et sic in casu ꝑdicto habet vir⁹ sacr̃: sed nõ sacr̃m inq̃ntum sacr̃m. Vñ si hõ sic cõtrit⁹: sine cõfessiõe et satisfactiõe decederet: et ex post resuscitaret: ipse teneret ad confessionẽ et satisfactionẽ.

In quibus differunt sacramẽta noue legis a sacris veteris legis.

Ic notandũ venit qualiter et in quibus differãt sacramẽta noue legis a sacramẽtis veteris testamẽti. Et sm̃ Augu. tota differẽtia est timor et amor: quia veteres sua sacramẽta adimplebant timore: nos ꝓ sacramẽta euangelica ex amore. Et ad litterã datio veteris legis tota fuit in timore et igne et fumo et aliis terribilitatibus: sed nona lex tota in benignitate et gratia. ¶ Hugo de sancto victo. inter sacramẽta noue legis et sacramenta veteris legis ponit triplicem differentiã. Prima est: q nostra sacramenta sunt imediate signa gratie: sed illa nõ sic imediate sunt signa gratie sicut nostra. Secũda differẽtia est q nostra sacra sunt signa et causa: illa ꝓ sunt signa tm̃. Tertia differentia est q illa sacra veteris legis tm̃ promittunt gr̃am quã nõ cõnẽt: nostra aũt dãt gratiã quam continent.

Quot modis sacramē ta iterentur.

Ribus autē modis ꝺr sacrm itera/
ri. ¶Uno mō ex parte efficiētis: vt
pote cōferētis: z sic omne sacrm est
iterabile: qm idē ep̄s frequēter con
firmat: frēnter ordinat: idē etiā sacerdos fre
quēter baptizat: ꝓsecrat corpus xp̄i: z hmōi.
¶Alio mō ꝺr sacrm iterari respectu susapien
tis: vt cū ab eodē idē sacrm nō nūero sz spē su
scepit. Et hec iteratio est in q̄busdā sacris: z in
q̄busdā nō. Sūt em̄ aliq̄ sacra institutа i reme
diū malor̄ q̄ frequēter ꝓsone accidere solēt: z
in q̄bus nō imprimit charact: sic̄ pnia in reme/
diū mortaliū actuū: z eucharistia in remediū
venialiū: z extrema vnctio in remediū vtrorū
q̄: z etiā corporal' morbi. Et hec sacramēta: si
cut mala (in q̄r remediū instituta sunt) freq̄n
ter accidūt: ita frēnter confern z iterari p̄nt.
Sunt z alia sacra in q̄bus imprimit caract:
z hec sacra ꝓpter dignitatē caracteris quē sic
imprimūt: q̄ semel impssus indelebil' est: itera/
ri nō p̄nt. ¶Tertio modo iterari ꝺr sacrm: sic
scz q̄ cadē forma ꝓborū nūero sup eandē ma
teriā numero ad cādē sanctificādā ꝓferat. Et
isto modo nullū sacrm iterat: q: sic ꝓba sancti
fica seu sanctificātia viderent insufficiētis ef
ficacie respectu scificanōis illi⁹ materie. Q;
si obijcias de extrema vnctōe: in q̄ videt eadē
forma ꝓbor̄ iterari sup eūdē infirmū. Dic q̄
nō iterat illa forma ꝓbor̄ sup eūdē infirmuz
nisi se alit̄ habentez: z sic alteratū: hoc est nisi
alia ei infirmitas numero supueniat: vel eius
dem infirmitatis magna fiat imutatio. z sic
ꝓprie non videt super eandē fieri.

Assignatio numeri sa/ cramentorū ſm septem virtutes.

Et numero sacramētor̄ sciēdū est.
D ꝺ q̄ septē sunt: scz baptism⁹: cōfirma
tio: eucharistia: pnia: extrema vn/
ctio: ordo: matrimonū: q̄ cōtinent
in hoc versu. Abluo firmo cibo piget vngit z
ordinat vxor. Que cōueniēter septē assignan
tur ſm septem virtutes: vt videlz baptismus
sit sacrm fidei. In ipso em̄ imitat ipsa fides.
Extrema vnctio sit sacrm spei. Qui em̄ inūgi
tur sperat spālit̄ de meritis ecclie: z de miscōia
dei. Eucharistia sit sacrm charitatis. Un̄ Hi
lari⁹ li. viij. de trinitate dicit sacrm eē amor̄is.
Cōfirmatio sit sacrm fortitudinis: q̄ necessa/
ria est ad pugnā spūalē: ad quā q̄s cōfirmat.
Pnia sit sacrm iustitie: ꝓpter satisfactionē in q̄
vnicuiq; reddere debet q̄ suū est. Ordo sit sa
cramentū prudentie: ꝓpter clauē sciēcie q̄ con
fertur ordinato. Matrimoniū sit sacrm tem
perātie: eo q̄ libido in illo sacro honestate ex/
cipitur nuptiar̄. ¶Alia assignatio ꝑ cōtrarie/
tatē ad septē pcā capitalia. Pōt z alit̄ nume/
rus ipsor̄ sacror̄ accipi: ſm cōtrarietatē quā
habent ad vicia capitalia: videz Baptismus
sit cōtra superbiā: eo q̄ homo ibi se maxime hu
miliet cōmunissimo elemēto: scz aq̄. Eucha/
stia contra invidiā: q̄ ꝑmat charitatē: z ita eu
charistie q̄ est sacrm amoris. Cōfirmatio cō/
tra accidiā: eo q̄ homo cōfirmat: vt fortis effi
ciatur in spūalib⁹: in q̄bus ocluber est accidi
osus. Extrema vnctio cōtra irā. Ira enim tu
mere facit: z tumor; mingatio est ab vnctiōe.
Ordo cōtra auariciā: q: ordinari deū esse suā
portionē ꝓfitent: nō aliq̄ mundanū. Un̄ in
susceptiōe clericat⁹ q̄ omniū initiū est ordinū.
ꝺr illud ꝑs. Dn̄s pars hereditatis mee tē. Pe
nitētia ꝺ gulā: q: inducat abstinētiā z carnis
macerationē. Matrimoniū ꝺ luxuriā: vbi tur/
pis voluptas honestate excipit nuptiarū.

Particularis declara tio sacramentorū. z primo de baptismo.

A

Ost hec accedendū est ad ipsor̄ sa/
p cramentor̄ declarationē. z primo
de baptismo. Ubi primo vidēdum
est quid sit: scz q̄d sit nomē z rōne.
Quot modis sit: seu quotuplex est. Que sit ꝓ
pria ei⁹ materia. Que sit eius ꝓpr̄ia forma.
Quis sit eius effectus. Quis minister. Que
conditiones accedentiū ad baptismū. De pa
rentis: z quod est eorū officiū.

Quid sit baptismus no mine z ratione.

Idet aūt baptism⁹ q̄ ad nomē idez
v esse qđ lauacrū: sicut baptizare idē
est qđ lauare. Un̄ glo. Lañ. in. Ba
ptismus z lauacrū sunt eiusdez re
nominē: sed vnū latinū est: alterū grecū. ¶Sic
ergo baptism⁹ dū generaliter sumit: idē ē qđ la
uacrū. Spāliter ꝓo aliq̄n ipm designat sacrm.
Aliq̄n aūt ipsam actionē: scz ipsam lotionem.
Un̄ ꝺr baptism⁹ ioānis: id est ablutio qua ab
luebat Joānes. Aliq̄n ꝓo designat ipsam pas
sionē seu susceptionē lotiōis. Un̄ Marē. vij.
Relinq̄ntes em̄ mādatū dei tenetis traditiones
hoim: baptismata urceorū z calicū. i. q̄bus la
uantur urcei z calices. Aliq̄n autē nominat
seu designat ablutionē sacramentalē: vt cum
dicatur baptismus est tinctio: vt in subinnexa
diffinitione exprimitur. ¶Unde baptismus
ab Augustino sic diffinitur. Baptismus est
unctio in aqua verbo vite sanctificata. Et

intellige tinctionē passiuā.s. qua intingit baptizatus: sicut vult magr̄ in sentēcijs: ⁊ multi alij. Et si obijciat q̄ baptism⁹ manet in baptizato: tinctio aūt illa transit: quare vt videt nō pōt dici baptism⁹. Rūdet q̄ q̄uis tinctio illa in se trāsire videat: manet tū in suo effectu: scz in caractere quē imp̄rimit: qui q̄dē indelebil' est: ⁊ ideō nō oīno transit illa tinctio: cū in suo effectu maneat. Et i dicta diffinitiōe dū dicit tinctio: supple facta in aqua: p̄bo vite sanctificata. i. in aq̄ que p verbū vite: id ē p inuocationē sancte trinitatis sanctificata est.

Quotuplex sit baptismus

Et aūt triplex baptism⁹. s. flumis
e flāminis ⁊ sanguinis. ¶ Baptism⁹ quidē fluminis est q̄ fit i aqua fm modū eccl'ie consuetū. Qui oīno a culpa liberat: tam. s. peri actualis si ipsū inuenerit: sicut in adultis: q̄s originalis: sicut in paruul': qui tm̄ originalē culpā habēt. Liberat etiā a pena debita. Insup imp̄rimit caracterē. Baptism⁹ flaminis est cū q̄s hns fidē: votū baptizari caret baptismo aque: nō q̄dē p negligentiā vel p̄tēptū: sed p̄ter impotentiā q̄. s. habere non pōt: vbi defectū supplet gratia spūsancti. Et ista liberat a culpa ⁊ a pena debita. ¶ Baptism⁹ sanguis est vt in martyribus: qui non valētes hr̄e baptismū aque: p̄p̄ter hoc sanguine baptizant: vel pot⁹ merito p̄ciosissimi sanguis in cruce effusi. Et hic sil'r liberat a pena ⁊ a culpa. ¶ Isti duo vltimi modi etiā solo nōie dicunt baptismi: q̄ q̄ ad euacuationē culpe ⁊ pene supplēt locū baptismi fluminis: sed tm̄ nō imp̄rimūt caracterē. Unde errat opinio q̄ si p̄ingeret aliquē talū sic baptizato ⁊ resuscitari teneret denuo baptizari baptismo aque. Nec tūc diceret baptism⁹ iterari: q̄ nō eadem species iteraret.

Que sit propria materia in sacramēto baptismi.

Q
p
Ropria materia in sacramēto baptismi est sola aq̄: eo q̄ vt dicat magr̄. 4. sententiar. Hoc sacramentū tm̄ in aq̄ celebrat. Cuius cause ⁊ rōes sunt multe: ⁊ assignari p̄nt. ¶ Una q̄. aq̄ vim refrigerādi hz ⁊ abluēdi: ⁊ ideo signat gratiā abluentē culpe maculā: ⁊ refrigerantē incendiū: q̄ est in ictu fomitis ⁊ cupiscētie: q̄ duo sunt p̄ncipales effectus baptismi. Et ideo ad designationē hui⁹ duplicis grē: fit in aq̄. ¶ Secūda causa est cōitas hui⁹ elemēti ⁊ facilitas habēdi: q̄ null⁹ etiā inopū p̄hibet ab aq̄. Et ideo q̄. sacramentū necessitatis est: fit in cōmuniori elemēto: vt null⁹ a suscipiēdo excusetur. ¶ Tertia causa ē cōitas ⁊ facilitas aquē inueniēdi: q̄ vbiq̄ est: ⁊ in oīi parte mūdi inuenit vbi habitāt homines: ⁊ hoc iterū cōpetit huic sacramēto sic generaliter necessario. ¶ Quarta causa est: q̄. nō vinū vel oleū: sz aq̄ de latere saluatoris fluxit: vbi fm quosdā initiū sumpsit hoc sacramentū. ¶ Quinta causa est: q̄. spūssctūs vnificās p̄mo sup aquas apparuit. Un̄ Gen̄. 1. Spiritus dñi ferebat sup aquas. ¶ Sexta causa est: q̄. saluator nolter in ruis iordanis sua mūdissima ac sanctissima carne ℔ elementū tetigit: dans ei virtutē vt spiritiferas aras facere possit: vt dic̄ Ebrī solto. ¶ Sz nūquid in q̄libet aqueo liceat baptizare? Un̄q̄d p̄mo in aqua marina: q̄ non videt aqua simplex: q̄. habz immixtū aduſtū terrestre: ob quā causaz est salsa? Itē nūquid in brodio vel cerusia vel medone? Itē nun q̄d in aq̄ calida: vt in balneis? ¶ Circa hec ab aliq̄bo sic distinguit: q̄. vel illa cōmixtio aque tollit speciē ⁊ p̄p̄rietatē elemēti: et ipsuz trahit in aliā speciē: aut nō. Si autē tollit: tūc in illa cōmixtione nō potest fieri baptism⁹: sicut nec in medone: nec in cerusia: nec i lixiuio ⁊ i vina: nec in aqua: q̄s alchimiste faciūt ad mutāda metalla: q̄ vehementissimā vim habet purgandi ⁊ dissoluēdi. Si autē nō tollit p̄p̄rietates ⁊ speciem aque: quin ipsa aqua remaneat in virtute refrigerādi ⁊ abluendi: ⁊ nō dissoluēdi ad modū aquaꝝ acutaꝝ: tūc in illis pōt fieri baptism⁹: vnde in mari ⁊ i aquis turbidis pōt fieri baptism⁹: ⁊ etiā in brodio si non sit fit remotū et alteratū in specie elemēti per illud q̄ coctū est in eo. ¶ Un̄ adhuc q̄rit verū in aqua calida sicut in balneo possit fieri baptism⁹? Constat q̄ sic: eo q̄ illa aq̄ p accidentalē caliditatē nō amisit suā naturalē frigiditatē: quinimmo p̄sulti⁹ facerēt sacerdotes (vt dicūt alij) si in rpe frigido facerēt aquā p baptizādo calefieri: q̄. aliq̄n paruuli baptizādi adeo frigore aque penetrant: q̄ inde p̄trahūt mortales infirmitates ⁊ moriūtur. ¶ Sz q̄d si ali⁹ liquor admisceat aque: vtpote cerusia vel vinū: nunq̄d in illa aq̄ fit baptism⁹? Dicit q̄ sic si aq̄ in illa cōmixtōe p̄dominet: alīs nō.

De forma prescripta sacramenti baptismi.

E forma p̄scripta hui⁹ sacramenti
d dicendū est q̄d sit: quo ad verba p̄ferenda. Quo ad immersiones faciendas. Quo ad quedā p̄paratoria q̄ de hui⁹ sunt solēnitate sacramēti.

De forma sacramenti baptismi quo ad verba.

Forma aūt verboꝝ talis est. Ego baptiso te in noīe p̄ris ⁊ filij ⁊ spūssācti. Ubi nota q̄ hoc pnomē ego ꝑm oēs fere doctores: etiā decretistas: nō est de necessitate sacr̄i: et pōt omitti sine magna culpa: tuti⁹ est tn̄ apponere: sed reliqua ꝓba sūt de forma quo ad necessitatē: adeo q̄ si aliq̄d eoꝝ omittat: non fiat baptism⁹. ¶ Q; aūt apli baptizauerūt in nomine x̄pi: ⁊ nō expresse inuocando trinitatē: triplex causa assignat. Una q; illo tpe odiosū erat illud nomē salutare: ⁊ ideo vt hoīes videntes spiritū visibilit ad ei⁹ inuocationē descēdere: magis illud nomē reuererent: cautū fuit ad tēpus apud eos: donec illud nomē ampli⁹ publicaret ip̄o inuocato baptizare. Alia causa fuit significatio noīs q̄ implicite exprimit trinitatē: q; in ꝟ noīe christus q̄ interptat unctus: intelligit unigens pater: unct⁹ filius unctio spūssctūs. Tercia causa fuit reuelatio diuina eis facta: q̄ licet nō legat: nō tn̄ putat apl'os hoc ꝑsumpsisse nisi spūssancti instinctu ⁊ iussiōe monerētur. ¶ Sz q̄d si mō in noīe x̄pi baptizaret? Dicūt q̄dā magistri doctoꝝ q̄ nō dz in noīe x̄pi baptizari: si tn̄ baptizatū fuerit valet baptism⁹? Ambro. Hugo de sctō vic. in li. de sacr̄is: et mgr̄ in li. iiij. snīarū vident idē sentire: ⁊ etiā modernoꝝ aliq̄. ¶ Alij quidā licet pauci q̄s viderim sentiūt ꝝrium: eo q̄ ꝑm ipos nō fit baptism⁹ his diebꝫ nisi per invocationē trinitatis explicite. ¶ Sed quid si ex turbatione animi vna tn̄ ꝑsona noīaretur: vt si diceret solū: baptizo te in noīe p̄ris? Itē quid si fiat aliqua trāsposītio aliquaꝝ dictionū: vt baptizo te in noīe filij ⁊ p̄ris ⁊c? Itē q̄d: si fiat appositio aliaꝝ dictionū: vt baptizo te in noīe patris ⁊ btē marie? Item quid si in platiōe verborū fiat aliqua interpositio: vt puta: baptizo te in noīe p̄ris: ⁊ interponat: veni huc vel porta sal ⁊ hmōi. et postea dicat: ⁊ filij ⁊c? Quid si fiat corruptio ꝓboꝝ: vt baptizo te in noīe patria ⁊ filia ⁊ hmōi? ¶ Rūsio. in ꝑmo casu Hugo ō sctō vic. baptizatū dicit. Ait em̄. Uides ergo q̄liter in fide trinitatis solo p̄re ⁊ filio nūcupato plenū fit baptismatis sacramētū. Alij volūt q̄ nō sit baptism⁹: sicut plene vult Huguelin⁹ in apparatu suo sup̄ decretales. Mgr̄ etiā Albert⁹ idē dicit: ⁊ plene ꝝdicit in li. snīaꝝ: in hac ꝓte vbi p vni⁹ ꝑsone nomē intelligi dicit trinitatē: in quo noīe apli baptizauerūt rōne iam dicta: sz q̄ cuilibet istoꝝ triū nominū significatio: implicite exꝑmit trinitatē. ¶ In secūdo casu cū fit aliqua transpositio dictionū ꝑm Huguelinū ⁊ ꝑm alios modernoꝝ magistroꝝ q̄ volūt q̄ cum ipe ordo ꝓboꝝ sit de forma baptismi nō est baptizatum. Alij dicūt q̄ peccat q̄ transponit: tn̄ si nihil aliud faciat nisi transpositionē: nec intēdit deridere vel beresim inducere: baptizatū est: quod ego melius credo. ¶ In tertio casu sz cū aliq̄d apponit: distinguunt aliq̄: q; aut apponit aliq̄d nō corruptū: vt ptz in exēplo supius posito: vbi addit: ⁊ btē marie. Et tūc dicūt esse pcm̄ in appositione: sed q̄ baptizatū est. Aut apponit aliquid corruptū: vt si dicat. Non baptizo te in nomine p̄ris ⁊c. Uel baptizo te in noīe p̄ris ⁊c. et diaboli. Et tūc dicūt nō cē baptizatū: nec aliq̄d fieri. ¶ Et eodē mō in quarto casu cū fit interpositio aliq̄: maxime si casu vel aliq̄ necessitate aliquid interponat: qō nō corrūpit: vt ptz in dicto exēplo. Et istā opinionē videt cōfirmare Aug. in de vnico baptismo lib. vj. Alij volūt q̄ in isto quarto casu nō sit baptizatū: maxime interposito aliquo qō sit ꝓter vel ꝫ formā. ¶ In vltimo casu dz q̄ si dicant corrupte ꝓba: ex ignorantia vel impotētia recte sonādi: tn̄ nō intendit baptizans beresim sc̄h vel inducere baptizatū est. Secus tn̄ esset si fieret corruptio in ꝓncipio dictionis: q; corruptio in ꝓncipio dictionis: variat et aufert signatū ipius dictiōis: nec sic est dū corruptio fit in fine. Un̄ ꝓbi gra. Iste dictiones sortes: sortis: sortē: candē ꝑsonā signāt ⁊ repsentāt nō sic autē iste dictiones sortes ⁊ mortes. Et iō dicūt q̄ corruptio in ꝓncipio dictiōis tollit formā baptismi: nō aūt corruptio in fine.

De forma baptismi quo ad immersiones.

Forma aūt baptismi quo ad immersionem hec est: vt accipiat puer ꝑ latera f Q facie ei⁹ ꝓsa: capite etiā ad orientē versus: ⁊ mergat: ⁊ simul mergēdo dicat. Ego te baptizo in noīe p̄ris. Scōo capite ad aq̄lonē ꝓso dicat: ⁊ filij. Tercio capite ad austrū ꝓso dicat: ⁊ spūssctī. Ut sic pediby semp ꝓsus orientē tentis formet crux christi in cui⁹ morte baptizamur. Hoc tn̄ scito q̄ si ꝑma mersione oīa ꝓba ꝑferāt cōpletū est sacr̄m: ⁊ ꝑfecte baptizatū. ¶ Sed q̄d si moriat puer in ꝑma mersiōe patre noīato: vel in scōa patre ⁊ filio noīatis? Credit q̄ baptizatus sit plene: q; tūc summ⁹ sacerdos supplet qō minister supplere nō potuit. Idē dicitur si sacerdos vel quicūq; baptizans vna mersione facta vel vna ꝑsona nominata moriatur. ¶ Sed quid si fiat mersio nihil dicēdo ꝓe turbatōe vel ignorantia: vel si minus sit qui baptizat? Dicitur ab oībus q̄ nihil tūc fit: cum ipa trinitas nec explicite nec implicite noīetur. ¶ Sed quid si nō assit tantū de aqua vt infans ex toto mergi possit? Dic q̄ tūc illud quod est ꝓncipalioꝝ pars: vt pote caput: vel mergatur vel aqua ꝑfundatur. Si em̄ vna extremitatū: vt pote manus vel pes immergatur: dicūt quidā q̄ nō baptizatū est. Alij alij decretiste dicūt: q̄ si aqua in quacūq; parte corporis cadat baptizatū est: ⁊ ponūt argumētū

per simūle. Sicut sufficit possidere partem agri ad hoc vt ꝺs totū possidere videat: dum tñ eius sit animi vt totū possidere intendat. Idē sentiūt quidā de his qui nō totaliter egressi sunt vterū maternū: videlz ꝙ si ꝓncipalior pars egressa fuerit: poterit baptizari. Quod vtrū verum sit nescio: ꝑsertim cū oporteat quēlibet nasci ad hoc vt renascatur.

De forma aliquorum que sunt de solennitate baptismi.

Quia autē q̄ seruari debet in baptismo: que ꝓcernit aliqua q̄ fūt de solennitate baptismi: in his ꝓstat. Ut ꝓmo scz cathezizet baptizādus. ¶ Circa qō multa diuersimode fiūt: ꝓ diuersas ꝓsuetudines ecclīarum. Sed vt frequēt⁹ ꝓmo exufflat: vt virtus demōis exterior expellat. ¶ Scōo signū crucis fit ei in pectore ⁊ fronte: vt diabolus se cognoscat pelli ab illo tam in occulto cordis q̄ in apto cōfessionis. ¶ Tercio accipit sal in ore: vt sapor sapientie ꝓparet: et fetor fomitis restringat. ¶ Deinde fit linitio auriū ⁊ nariū cū spūto vt discretionē fidei habeat ⁊ gr̄am q̄ per saliuā a capite descēdentē signatur: vt. ſ. sensus ei⁹ quo ad doctrinā fidei in auditu: ⁊ discretio in naribus significata: aperiātur cbristo. ¶ Deinde fit inunctio in pectore: ꝓpter cor: deo ꝓparādū: et in spatulis vt fortitudinē accipiat: ad portādū onus dñi. ¶ Post baptismū aūt fit inūctio crismatis in vertice: vt appareat mens imputribilis deo: vel vt spūs cbristi principādo: merito deinceps xp̄ianus appellaret: heres iā regni effect⁹. ¶ Deinde fit vestitio de veste candidissima: in signū innocentie: q̄ accipit in baptismo: et glie: quā exspectat in resurrectiōe. ¶ Tandē cer⁹ accensus sibi ponit in manu: vt sic luceat vita ei⁹ coraz boib⁹ vt glificet pater q̄ in celis est. ¶ Et si adest ep̄us confirmet. ¶ Et si adultus est datur ei eucharistia post confirmationē.

Quis sit effectus sacramenti baptismi.

Q Uis autē sit effect⁹ baptismi: liquet ex doctrina magistroz q̄ ponūt triplicē eius effectū. ꝑimus effectus est oīmoda euacuatio culpe originalis in paruulis: ⁊ tam originalis q̄ actualis in adultis: ꝓeter exteriorē penitētiā. ¶ Scōus est debilitatio fomitis. ¶ Tercius est collatio gratie.

Quis sit idoneus mīster sacramenti baptismi.

R Mīster aūt in hoc sacramēto q̄ ad deum ⁊ ecclīam: est habēs ordinē sacerdotalē: iurisditionē ⁊ laudabilē vitā. Tpe tñ necessitatis est vel esse pōt quilibet: nec sexum virilē: nec ordinē: nec iurisditionē habēs nec laudabilē vitā: imo etiā vetula. Largissima etern̄ pietas dei q̄ neminē vult perire: sicut ad ℔ sacramētū tam necessariū: ꝓuidit ꝓmunē materiam. q̄ ab oīb⁹ pōt bri ⁊ vbiq; inueniri: ita etiā in casu necessitatis de gñali ministro ꝓuidit: volūtq; vt ꝙlibet aliū possit baptizare. Unde q̄ꝫ talis nō habeat ptātem ex ordine: habet tñ ptātē ex tpe. ¶ Sed nūquid licet aliquē in necessitate a sacerdote symoniace recipe baptismū: mat̄ime cū aquā ad se vel paruulū suū baptizandū aliter habere nō possit nisi eā emat: Itē nunq̄d ebrius q̄ iā amisit vsum lingue possit baptizare: Itē nunq̄d hereticus potest baptizare: Nunq̄d pōt vn⁹ duos baptizare dicēdo. Ego baptizo vos ⁊c. Et ecōuerso plures vnū dicēdo. Nos baptizam⁹ te ⁊c. Itē pōt ne aliq̄s in vltima necessitate cū nō est alius ꝓsens baptizare seipm̄: Itē q̄d si iocose vel ioculatorie q̄s aliquē baptizet: nunq̄d baptizat⁹ est: ¶ Rñdet in ꝓmo casu ꝑ quosdā: ꝙ si sacerdos nō vult te baptizare vel puerū nisi des ꝑcūi: nō dabis: sed hoc facies qō si sacerdos ꝓsens non esset factur⁹ esses: eo ꝙ nullo mō faciēda sūt mala: vt eueniāt bona. Sed plures alq̄ dicūt ꝙ in dicto casu possit ab eo baptizari: eo ꝙ ārens baptismū nō emit aquā: nec emit actū baptismi: sz tpe necessitatis pōt redimere vexationē sui iurz: et ꝓ se si ipe baptizādus est: ⁊ ꝓ puero si quē habeat baptizandū. Et tūc nō fiūt mala: vt eueniant bona: nec ꝓmittit symonia ex tpe q̄rentis baptismū: nec etiā ꝓmittit se discrimini ꝓ salute sua vel alteri⁹. ¶ In scōo casu. ſ. in ebrio sant̄ tali ebrio oīno suffocat ratio: aut nō suffocatur: sed tñ patit impedimentū lingue. Si aūt oīno suffocat ratio: dicit ꝙ baptizare nō pōt. Si aūt impedimentū tñ lingue patit habetq; discretionem: potest niti ad formandū dictiōes cum studio. Unde si nō assit alius: pōt talis baptizare. Sed si nullā posset dictionē exprimere secus eēt. Sed nō videt ꝙ ebrietas q̄ nō ligat rationē tm̄ impedimētū ꝑstet vt cū diligēti studio nō posset exprimere verbū. ¶ In tercio casu scz de hereticō dicitur ꝙ hereticus baptizās in forma hereticā nō baptizat: sed hereticus baptizans in forma ecclīe: dūmodo habeat intentionē baptizandi baptizat in fide ecclesie: et baptizatum est. Et ponit de hoc August. contra donatū hereticum conueniēs exemplū. Quia sicut iacob semen benedictū nō tm̄ genuit per vterū liberaz: sed etiā per vtercz ancillaz: ita xp̄us nō tm̄ spūaliter regenerat ministerio fidelīū: sed etiā ministerio infidelium: eo ꝙ actus suus sit nō hominis. ¶ In quarto casu dicitur ꝙ vnus potest tot baptizare quot pōt simul mergere vel ꝓfundere ꝓ necessi-

tate. Dico q̃ ꝓter necessitatẽ nullaten⁹ est hoc faciendũ: nec est lyte in tali casu de necessitate forme: q⁹ dñs tradens formã baptizãdi dixit: eos: cui tñ ꝓsonat vos q̃ntũ te. Sed secus est si duo baptizent vnũ: dicẽdo baptizam⁹ te: q⁹ ꝯm Hugelinũ in apparatu suo sup decret. nõ est baptizatus. Sed si plures simul mergãt puerũ ꝓferentes singuli formã ecclĩasticã: ego te baptizo &c. cõferẽt baptism⁹. ¶Nec est iteratũ sacramẽtum ꝓpter illã ꝓboz iterationẽ seu multiplicationem: vt dicũt: nisi cũ hoc etiã iteraret & mersio simul. ¶Sed esto q̃ duo sint baptizãtes aliquẽ quoz vn⁹ sit mãcus & dicat ꝓba: & alius mut⁹ & mergat puez: nunq̃d est baptizat⁹? Dicit q̃ nõ: q⁹ in oĩi sacramẽto habẽte ꝓscriptã formã illõ qõ solẽnitatis est bene diuidit: sed illud quod ẽ necessitatis nequaq̃. Et ideo q⁹ vtrũq̃ .s. forma verboz & mersio sũt de necessitate sacramẽti diuidi nõ pũt: vnde nõ est baptizat⁹. ¶In q̃nto casu. s. vtrũ aliq̃s possit seipm baptizare: ꝯm canones cõstat q̃ nõ: & forte ideo: q⁹ sub hac spe possit nimis differri baptism⁹: eo q̃ qñ vellet possz seipm baptizare. Insup sicut ꝓtra naturã est q̃ q̃s seipm generet: ita ꝺ rõnẽ videt ee q̃ q̃s seipz possit regenerare. Verũtñ si desideret baptismũ & nõ sit alius q̃ ipm possit baptizare: si in illo statu moreret saluaret: eo q̃ esset baptizat⁹ baptismo flaminis: q̃ supplet in necessitate baptismuz fluminis. ¶In vltimo casu dicit q̃ si iocose cum intentiõe tñ faciẽd: qõ facit ecclĩa sup nõ baptizatum ꝓferat ꝓboz formã: mergendo in aquã: ipo tũc vel ante nõ reclamãte baptizatus est: q⁹ tũc nõ totũ fuit iocosum vel ioculatoriũ: eo q̃ intentio faciẽdi quod facit ecclĩa ioculatoria nõ fuit. Si aũt totum fuit ioculatoriũ vel ipe reclamasset: tunc nihil fieret. Et ponũt inrisorii exemplum per simile in stipulatiõe. Nam cũ ludẽdo dicũtur hec verba spondes spõdeo nõ inducitur obligatio.

De qualitatibus seu conditionibus accedentiũ ad baptismũ.

S n Unc dicendũ est de ꝓditionibz accedentiuz ad baptismũ. Et ꝓmo q̃ritur de ficte accedẽte vtrũ baptismũ recipiat: Itẽ vtrũ dormiẽtes possint baptizari: Itẽ an amẽtes: Itẽ an inuiti: ¶Ad ꝓmũ dicit q̃ fictus suscipit baptismi sacramẽtũ sed nõ rem sacramẽti vel effectũ: eo q̃ ponat obicẽ spũisctõ & gr̃e sacramẽtali. Vult em̃ aliquid quod stare nõ põt cũ gr̃a sacramẽtali: sed cessante fictione suscipit effectũ. Quis aũt dicatur fictus: & quis fictus recipiat caracterẽ & q̃s non. Dicit in effectu post Raymundũ in summa: q̃ ille fictus q̃ se simulat velle suscipe baptismũ & oĩno suscipe nõ intendit: nõ recipit sacrm nec rem sacri. Sed q̃ exterius suscipiẽs se simulat interi⁹ dispositum cũ nõ sit: vel q⁹ nõ credit: vel q⁹ indeuotus. i. cũ ꝓposito peccãdi accedit vel ꝓtenit sacrm. i. nõ reueretur: ille nõ suscipit rem sacri. i. gratiã: caracterẽ tñ suscipit. ¶In scõo casu. s. de dormiẽtibz distinguit. Aut q⁹ ante dormitionẽ habebãt voluntatẽ oĩno ꝓriã & repugnantẽ: et in ipa ꝓtradictione pstiterũt: aut nõ. Si sic: tũc dormiẽtes si baptizẽtur nihil recipiunt nec sacrm nec rem sacri: vt ptz extra de bap. c. Quoniam. in fi. in antiquis. Si aũt nõ apparuerit talis volũtas eoz sed vigilantes institerint baptizari: tũc si timeat de ꝑiculo pũt dormiẽtes baptizari. ¶Idem dicendũ est de letargico & de amẽtibz. De amentibus tñ distinguunt aliqui. Aut furia est ꝑpetua aut nõ. Si sic. ꝓ infantibz habẽdi sunt: qui et si nunq̃ voluerint baptizari nunq̃ tñ etiã noluerint: quod sufficit ad baptismalẽ caracterẽ imprimendũ. Si aũt furia nõ est perpetua: vꝓputa qñ aliquis incidit in furoꝛẽ vel amentiã tũc distinguendũ est: sicut sup distinctũ est de dormiẽtibus. ¶Ad illud aũt qõ queritur de inuitis distinguendũ est: q⁹ aut oĩno ita fuerũt nolẽtes baptizari: vt ꝓ posse suo resisterẽt: & resisterẽt cũ vsu rõnis: qõ dico ꝓpter amentes: & tales nullo modo recipiunt sacramentũ: nec vt priores sunt rebaptizandi.

De patrinis et ad quid tenentur.

Ostremo de patrinis tangenduz est p qui sint & ad q̃d tenẽtur. In cui⁹ persona respõdeant. An excusent a mendacio. ¶Solutio ꝯm Hugonẽ de sancto victore: patrini vocantur qui puulos ad baptismum offerũt vt regenerẽtur ad vitã nouã. ¶Et scias q̃ patrini idonei: nõ possunt esse infideles: cum teneantur instruere paruuluz in fide catholica: quod nõ potest infidelis. ¶Item nec religiose persone: ꝓpter suspectã familiaritatẽ que generatur per talẽ generalẽ ꝓpaternitatẽ. ¶Ad quid autẽ patrini teneãtur: scias q̃ ꝯm Augu. maxime tenent ad duo. s. monere ad virtutes: & docere symbolũ & oꝛonem dñicam. Dicit autẽ magister Albertus q̃ patrini ad istam diligẽtiã obligantur: si tamẽ aliter nõ instruantur paruuli. Sed q⁹ parentes sunt cõiter in istis circa paruulos diligentes. Credo etiaz: & Pater noster: cantantur in ecclesia: & moꝛes predicãtur ac in bonis operibus ostendũtur: in magna parte excusantur modo patrini. Secus aũt fuit in primitiua ecclĩa: q̃ paruuli inter infideles nutricabantur. Deniq̃ patrini in persona paruulorum respõdent: & tñ valet cum ipi patrini dicũt credo. ac si paruuli met dicerent: sacramentũ fidei paratus sum suscipere. Qõ vez videt cũ nõ ha

beant obicē ꝓtrarie volūtatis vel dissensus: et ad credendū ita nō reputatur in eis vsus liberi arbitrij. Patet ergo q̄ patrini ita pro paruulis respondētes nō mentiūtur.

De sacramēto cōfirmationis ꝙ ptinētibus ad ipm.

Z t Ā materia aūt sacri confirmationis videndū est ꝓmo. Utrū istud sacramētum sit necessariuz ad salutē. Que sit ꝓpria materia in hoc sacramento. Que sit ꝓpria forma. Quis minister. Quis eius effect⁹. Qualis ad cōfirmationē accedere debent. Et an aliquis possit scipm reprezentare?

Ā sacramētū confirmationis sit necessariū ad salutē?

a Ā aūt cōfirmatio sit necessaria ad salutē dubitari pōt. Et videt q̄ sic. Loquēdo etiā nō quo ad eē bñ institutū sed quo ad eē necessariū: maxime cū dicat Hugo de sctō vic. Quid pdest si p baptismū a lapsu erigeris: nisi etiā p ꝓfirmationē ad standū confirmeris. Ad qō dici pōt q̄ vno mō loq̄ndi confirmatio necessaria est: alio mō non. Necessitas em̄ dupler inuenit: quedā absoluta: et q̄dā ꝓditionata. Absoluta est: q: illō sine q̄ res eē nō pōt necessariū dicit. Sic baptism⁹ necessari⁹ est ad salutē: q: sine eo non est salus: nisi cū necessitas excluderet sacrm. Sic etiaz pnia necessaria est ad salutē post lapsum in mortalē culpā. Et isto mō cōfirmatio nō est ad salutē necessaria. Alio mō dr necessitas ꝓditionata. i. fm quid: vt si bō nō debeat debilitari necesse est bene comedere. Et istomō dici pōt q̄ ꝓfirmatio ad salutē est necessaria. Nam ad hoc q̄ debeat vita spūalis et salus in baptismo adepta robuste cōtra hostes spūales custodiri necesse habet hoc sacramēto ꝓfirmari et cōfortari. Datur em̄ hoc sacramētū ad robur. Un̄ dicit Hugo de sctō vict. illud qō supꝰ allegatū est. Quid pdest tē. Non q: sine cōfirmatiōe nō valeret baptism⁹ ad salutē: q: hoc falsum est: sed q: frequenter in pugna spūali ex debilitate virtutis spūalis accideret etiā facilitas cadendi: et proinde damnatio: nisi esset confirmatio.

Que sit propria materia in sacramēto confirmationis.

Ateria aūt hui⁹ sacramēti debita est m crisma: quod ꝓficit ex oleo oliuaz et balsamo: p cōsecrationē et sctificationem pōtificis. ¶ Raban⁹ de naturis rer. Balsamus in crismatis cōfectiōe liquori olive cōmisceri: et pōtificali bñdictiōe solet ꝓsecrari. Unde aliꝰ oleū q̄ oleū oliuaz: vt cōiter dicit: vel oleuz et balsamū nō ꝓsecratum sūt nec esse pōt materia hui⁹ sacramenti. ¶ Hec est sētē de baptismo: in quo in necessitate pōt eē materia: aq̄ nō cōsecrata: q: baptism⁹ sacrm est necessitatis: et ideo in necessitate sine mora bñdictiōis cū forma ecclesiastica baptizat. Cōfirmatio aūt nō est sacramentū necessitatis: eo q̄ multi nō ꝓfirmati salu uantur: dūmodo cōtēptus sacri nō intercueniat. Ideo etiā in necessitate oleo nō ꝓsecrato nō pōt quis confirmari.

Que sit forma in sacramento confirmationis.

Orma em̄ ꝑbozꝰ quibꝰ vtūtur epi dum f plet est. Et fm quosdaz talis est. Signo te signo crucis: et cōfirmo te crismate salutis in noīe ptis tē. Scōm alios talis est. Firmo te signo crucis et crismate salutis: in noīe ptis tē. Sed ꝓmus modus gñaliꝰ est: eo q̄ gñalius dicātur ꝑba ꝑba in ꝓsecratiōe. ¶ Et nota cū hoc sacrm ordinatū sit contra debilitatē et fomite surgētē: q̄ nō tota purgat in baptismo sed remanet debilitas ad exercitiū: et sit dupler debilitas in nobis. s. interior et exterior. Ad digem⁹ ꝓmo vt tollatur a nobis interior q̄ est verecūdia notia ꝓfitēdi nomē xpi: que tollit de iure in cōsignatione et impssiōe crucis in fronte: in qua cōscribuntur vexilla summi imperatoris. in quo ipe de hoste triūpbauit q̄ oēm pudorē debz cuacuare: et gliam supinducere multiformē. Exēplum de portādo insignia regis in armis suis. Unde dicit Paulus ad Gal. vlt. Mihi absit gliari ni si in cruce dñi nri ihesu xpi. Ad absolutionē ergo hui⁹ verecūdie fit in ꝓfirmatiōe cōsignatio crucis in fronte: vbi locatis est verecūdia: et dicit: cōsigno te signo crucis. ¶ Indigem⁹ etiā vt tollat a nobis debilitas exterior q̄ est flexibilitas seu instabilitas: ad standū exterī⁹ in ꝓfessione noīs xpi: coram regibꝰ et pncipibꝰ mūdi. Ad hoc fit confirmatio crismate salutis: qō designat ipa inunctio: vt sicut inunctio p subintrationē. s. in substātiam corpis ministrat ei fomētū humoris: ne desiccetur et rigescat in pugna: ita ipa inunctio crismatis robustos et intrepidos nos efficit ad resistendū ꝓtra pncipes huius mūdi: hoc est contra petā: et ꝰ pncipes tenebraz: hoc est cōtra demones. Et ad istud robur ꝓferēdū dicit. Cōfirmo te crismate salutis. ¶ Et notandū q̄ ꝙuis nulla forma ꝑbozꝰ legat q̄bus ꝓfirmabāt apli. inouet videt Act. viij. tm̄ vbi sunt pro ꝓfirmatione inpositione manuū: tm̄ creditur maiores eos nunq̄ sine verbis: nec sine materia crismatis determinata: cōfirmasse. Cuius argumentū est q̄ in li. de ecclīastica hierarchia beati dionysij: qui cum apostolis fuit: habetur expressum capitulū de ꝓficiendis et in templo offerēdis: vbi loquitur de

sanctificatione crismatis. ¶Possunt hic multa queri ꝛ simul'r solui: vt supꝫ quesitũ est in tractatu de baptismo.

Quis sit minister sacramenti confirmationis.

U e Sit aũt minister in hoc sacramẽto solus epus: cuius ratio assignat. Hã rẽ aliquã statuere vel facere minoꝝ est: sed factã confirmare: est maioꝝ. Et ita baptizare oĩm sacerdotũ minoꝝ est: ꝓfirmare vero post baptismũ maioꝝ est. s. epoꝝ. Insup res huiꝰ sacramẽti spũssanctus est: vel gra eius collata ad robur ℈ debilitatẽ ꝛ tiniditatẽ ex fomite ꝓcedentẽ: et ideo cõuenies q quo ad signũ sacrale: ab eo q plenitudinẽ ptãtis ꝛ vigoris habet descendat. ¶Si aũt obiciaꝫ: si solus epus hoc facere põt: aut ergo hoc habꝫ ex ordine: aut ex iurisditione? Si ex ordine: ergo hoc etiã poterit simplex sacerdos: qꝛ epus nullũ habet ordinẽ quẽ nõ habeat sacerdos: admin? ℈m eos q epatum nõ ponũt eẽ ordinẽ. Si aũt epus ℈ habet ex iurisditione: sequꝫ q electꝰ cõfirmatꝰ ante ꝓsecrationẽ oĩmodã hẽt iurisditionẽ. ¶Tu dic q hoc scꝫ q solus epus põt ꝓfirmare: nec ex ordine tm̃ nec ex iurisditiõe tm̃ habet: sed ex vtroq simul. Uñ hoc annexũ est officio epali sicut cõsecratio ecclieꝝ ꝛ ordinatio clericoꝝ: et velatio virginũ: ꝛ bmõi. ¶Sed quid si aliqs epus cõfirmet crismate nõdũ baptizatũ siue nõdum cbristianũ: et fiant oĩa q exigũtur ad collationẽ huiꝰ sacr̃i: nũquid scr̃m tale est isti nõ baptizato collatũ? Dicunt fere oẽs q nõ: eo q baptismus sit ianua ꝛ fundamentũ oĩm sacr̃oꝝ. Et sic vbi nõ nisi per baptismum põt ad alia sacra iter haberi: sic nec ad alia sacramẽta põt sine baptismo supedificari. Sũt aliq q videtur modo ꝓrio sentire.

Quis sit effectus sacramenti confirmationis.

D Eniq effectus huiꝰ sacramẽti per supradicta in pte patet. Scõm eñ Rabanũ: effectꝰ huiꝰ sacr̃i est roborario p spm̃sanctũ: vt. s. intrepide ꝓdicet aliqs qõ ipe accepit. Et dicit magr̃ in. iiij. sñiaꝝ q effectꝰ eiꝰ est donatio spũssctũ ad robur: scꝫ cõtra debilitatem vel instabilitatẽ a fomite ꝓcedentẽ. ¶Si q aũt obuiauerit dicẽs: q idẽ est effectꝰ eucharistie. s. roborario spũssctũ: qꝛ panis cor hominis confirmet: et q ita supfluat istud vel illõ sacr̃m. Dic q vario mõ est robur ꝛ effectꝰ istius et illꝰ sacramẽti: qꝛ effectus ꝓfirmatiõis est p se: effectus vero eucharistie est p accidẽs. Uel dic q ad duo tenemur. s. ad credendũ articulos fidei firmiter: ꝛ cõfitendũ exteri? audaciter: iuxta illud Ro. x. Corde creditur ad iustitiã: ore aũt cõfessio fit ad salutẽ. Et ideo duplici indigem? roboratione. Una que intus nutriat nos ꝛ cõfirmet ad credendũ: et est panis vite q cor hominis ꝓfirmat. Et alia q cõfortet ꝛ confirmet nos ad audaci? cõfitẽdũ nomẽ xpi exteri?. Et hec est ꝓfirmatio. Unde q℈ ad hũc respectũ recte recipit eucharistia interi? ꝛ confirmatio exterius.

De qualitate accedẽtiũ ad sacramentũ confirmationis.

D E qualitate accedentiũ q℈ritur primo: qua etate accedere debẽt. Itẽ an ieiuni vel prandisi: qꝛ de ꝓse. dis. v. dicit: vt ieiuni veniãt pfecte etatis: ꝛ moneãtur cõfessionem pius facere: vt mũdi donũ spũssanctꝰ valeãt accipere. ¶Sed dic q vtriusq etatis hoĩes: scꝫ puerilis ꝛ iuuenilis simul accedere possunt. Et melꝰ ac securꝰ est q pueri cõfirmẽtur: qꝛ q℈uis etas imatura tẽptatiões ꝛ fortes mot? cõcupiscentie nõ sentiat: ꝓparant tñ ad pugnã spũalem cũ tẽpus tẽptatiõis aduenerit: ꝛ bonũ ac securũ est semp paratũ esse. Decretũ aũt illud allegatũ de adultis loq̃tur qui tenentur ad illa q̃ tangit. ¶Ad aliud dicit q xpter sacramẽti reuerẽtiã de cet vt ieiun? recipiat ꝛ a ieiuno ꝓferat: si tñ aliter xpter raritatẽ ꝛ carentiã epoꝝ fiat: nõ nocet: melius est eñ etiã post prandiũ ꝓfirmari dũ potest haberi epus q℈ ipo recedẽte sacr̃i pati dilationẽ. ¶Sed nunq̃d aliquis ad hoc sacr̃m suscipiendum posset scipm repsentare epo? Dicitur q nõ qꝛ ꝓfirmãd? debet significari seu psentari tanq̃ nõ habẽs xpriã virtutẽ ad standũ: sed indigẽs vt ab alio statuat seu stabiliat: et ideo ab alio est psentãdus. ¶In fine nota q ꝓfirmat? ℈m morem cõmunẽ: se debet p septez dies obseruare a lotione capitis ꝛ frõtis: xpter munctionẽ crismatis ꝛ dignitatẽ huiꝰ sacr̃i. Insupꝛ vt dicit Hugo de scto victo. tanto tpe debet cõfirmat? vnctionem conseruare in capite: vt scꝫ caput nõ lauet: quãto aduẽtus spũssctũ celebrat: hoc est diebus septẽ: vt aduẽtũ spũssctũ ad se totidẽ diebꝰ agat quot agit vniuersalis ecclia aduentũ spũssancti super apl'os. s. in pẽtbecoste. ¶Quid aũt sit hic res ꝛ q̃d sacr̃m. Dic q sacr̃m est ipa cõsignatio q̃ per manus epi fit in fronte confirmati ex crismate: vt supꝫ tactũ est sanctifica. Res vero sacramenti est ipa gratie spũalis datio ad robus contra debilitatẽ seu istabilitatẽ ex fomite ꝓcedẽte.

De sacramento eucharistie ꝛ ptinẽtibus ad ipm.

X Ertio loco se offert tractat? de cor: pe t cbristi seu de eucharistia. Ubi primo tãgendum venit tẽpus institutiõis ei?. Que vtilitas eius. In qua materia celebꝛetur. Que in eo sit ꝑcisa forma ꝑboꝝ. Quis eiꝰ effe-

ctus. Deinde tangũtur aliq̃ de vero corpe xpi. De ꝓditione recipiẽtiũ: De cõdimone ministri.

De tẽpore institutionis

sacramẽti eucharistie.

b De sacramẽtũ vt plures volũt in die cene plene institutũ fuit: z habuerunt verba ꝓsecratiõis plenã efficaciã a tẽ pore illo vsq̃ nũc: quantã mõ hñt. ¶Alij volunt ꝙ tũc forma ꝑborũ ꝓfecte tradita fuerit: sz ꝙ virtus ꝑborũ vsq̃ ad passiõem suspẽsa ẽ. Uñ sm eos nõ potuit corpus xpi ꝓfici in illo triduo: eo ꝙ verba illa virtutẽ suã ex passione: sepultura: lateris aptione: z resurrectiõe christi ꝓtraxerũt: que oia repzesentãtur per signacula que in missa fiunt. ¶Sed credo ꝙ ꝑio: sñia vera: sit. Alioquin si xpus vlterius per decẽ annos post cenã illaz vixisset nõ ꝓfecissent apli virtute illoz verborũ: qõ nõ reputatur verum.

Que sit vtilitas.

a Signãtur hic plures vtilitates que cause sunt quare institutũ est hoc sacramẽtũ. ¶Est aũt ꝑma z ꝓncipalis: vt sicut hõ per esum ligni vetiti ꝑdidit vitaz: ita recuperet per esum ligni vite. ¶Secũda causa prima huius est: vt hic. s. sit aliqõ nutrimentũ hominis spũalis: sm illud psal. Panẽ angelozũ mãducauit hõ. ¶Tercia vt vniãtur mẽbra corpis xpi suo capiti. Dicit enĩ cibus cõuertit cibantẽ in se: vnitq̃ sibi mẽbra cibãtia. Unde Aug. in lib. cõfessionũ loquẽs sub noĩe xpi. Nõ me mutabis in te sicut cibum carnis tue: sed tu mutaberis in me. ¶Quarta causa est: vt augeat meritũ fidei q̃ in hoc sacramẽto maxime meret: quã causam tangit magr in. iij. sñiaz. dist. xj. ¶Quinta est subleuatio spei: vt recipiam⁹ in celo sua: quo hic recipim⁹ semetipm: quã cãm tangit Ebrĩ. sup Joh. ¶Sexta est dilatatio charitatis q̃ hui⁹ sacramẽti sumptiõe augetur: eo ꝙ sit sacrũm amoris: vt dicit Hilarius. ¶Septima diminutio venialium: sicut infra tangetur.

De materia sacramẽti.

y m Ateria hui⁹ sacramẽti nõ est res vna sed triplex: scz panis triticeus: z vinũ aqua mixtũ: quibus xpus ea in carnẽ z sanguinẽ suum cõuertẽdo: cõtulit vim talem: vt essent materia hui⁹ sacramẽti. Uñ Alexãder papa de ꝓse. di. ij. In sacramẽtoz oblationibus: que inter missaz solẽnia dño offerũtur: panis tñ et vinũ aq̃ pmixtũ in sacrificiũ offerant. Uñ ex quibus nõ legat in euãgelio: estimat tñ aqua simul cuz vino in calice dñi fuisse. Uñ Damascen⁹. Lapiens calicẽ ex vino z aq̃: tradidit eis dicens. Bibite ex hoc oẽs. Itẽ de cõse. dist. ij. A dño adhuc instituti z instructi sum⁹: vt calicẽ dñi cũ aq̃ mixtum sm ꝙ dñs obtulit offeram⁹. ¶Sed hic plura scire oportet. An scz ꝑmo deficiẽte aliquo istoz cõficiat: Itẽ an possit ꝓfici de pane siliginoso: Itẽ an de azimo tñ: vel de aliquo mõ fermẽtato: Itẽ an confici poterit si vinũ tã modicũ fuerit vt omnino sit ab aqua absortũ: Itẽ an sine aq̃ possit quis ꝓficere. Et quantũ de aqua in calice sit apponendũ: Itẽ an panis transeat in carnẽ z sanguinẽ z aiam z deitatẽ: z simul vinũ in beeriã oiã: Itẽ an aqua transeat tñ in sanguinẽ: vel ꝑmo transeat in vinũ: z deinde illud vinũ in sanguinẽ: Item an in alio liquore liceret hoc sacramentũ celebrare: ¶Rñsiones. ¶Ad ꝑmũ dicitur sm opinionẽ eoz qui dicũt ꝙ in vltimo instanti ꝓlationis prime clausule: scz. hoc est corpus meum: fit transsubstantiatio panis in carnẽ christi: et est ibi christus ꝓfect⁹ sub specie panis. Deinde ꝓlatis verbis super vinum: fit ibi sanguis xpi per ꝓuersionẽ: et est ibi totus christus. Secm hanc inquã opinionẽ q̃ ꝓbabilio: apõ multos habet dicendũ est: ꝙ anteq̃ aliquid dicatur super vinũ: est facta panis transsubstantiatio in corpus xpi. Alioqn deciperet eccl̃ia adorando illã hostiã in elevatione. Unde ejus vinum deesset: facta tñ esset illa transsubstantiatio panis in corpus christi. Eadem ratione dicunt ꝙ dictis verbis super vinũ etiam absente pane fieret sanguis christi: z totus xpus esset sub specie vini. Sic ceteris tñ mortal⁹ qui scienter ꝓtermisso altero consecraret: nisi forte ab infidelib⁹ tẽpore cõsecrationis impediret. Si aũt alias et aliter defectum alicuius ꝓdictoz missa iam incepta deprehenderet: nõ deberet consecrare: nisi ante ꝓlationẽ verboz cõsecrationis posset defectum caute supplere. Si aũt pane consecrato vi ab infidelibus aut alys: vel infirmitate vinũ consecrare impediretur: tunc vnus alius sacerdos ad verba sequẽtia deberet incipere. s. ad ea que pertinẽt ad consecrationẽ sanguinis z perficere. Si vero tñ deesset aqua dicitur ꝙ omittens grauiter peccaret et grauissime si scienter cõsecraret conficeret tñ. Quãuis enĩ aqua sit de necessitate sacramẽti: nõ tñ adeo est de necessitate quin tunc sine ea fieret sacrũm in specie vini: Cui⁹ ratio ex hoc habet: quia si aqua vino admisceat ad hoc ꝙ inde cõficiat: oportet ita modicam esse vt absorbeatur aqua a vino vt totus sit vinum: z tũc inde ꝓficitur: vnde prius transit aqua in vinum q̃m inde conficiatur. Quare ergo ex hoc vino nõ cõmixto sicut ex illo mixto cum eiusdem speciei sint: confici nõ possit nõ video: Uerũtamẽ decretum quoddã de cõse. dist. ij. videtur velle contrariũ: vbi apparatus dicit: ꝙ ex aliquoz opinione in ꝓdicto casu non fit consecratio. ¶In secundo casu: vtrum scilicet de pa z

ne siliginoso possit cõfici? Dicit q nõ. Sic em̃ non põt baptisari nisi in aqua: imo mersione facta in vino ceteris etiã oibꝫ alijs rite seruatꝫ nõ est baptizatũ. Sic ꝓpter institutionẽ primariã huius sacramẽti: q̃ statuit fieri in pane triticeo: nõ põt cõfici de pane alio. Sed quid si triticũ fuerit siligo admixta? Dic q dũmodo maior pars sit frumẽtũ sufficit. Et dico maiorẽ partẽ in q̃ntitate ⁊ virtute: vt scz a frumẽto absorbeat quicquid est ibi de nõ frumẽto: alioquin nõ esset panis triticeꝰ: ⁊ perinde in eo ꝓfici nõ posset. ¶ In tertio casu: qñ. s. cõficit de pane fermẽtato: sic cõficiũt greci: dicũt fere oẽs: q non sine graui peccato ꝓficit de fermẽtato. Quia tñ fermẽti admixtio spẽm ⁊ virtutem fermẽti siue panis tritici non destruit: dicũt q si cõficit de fermentato q consecratũ est. Et ponũt exemplũ de baptismo: qui debet fieri in pura aqua: ⁊ tamen ꝑ eos si aliquid de alio liquore admisceat: qõ possit ab aqua oino absorberi: ⁊ ita aliquis baptizatꝰ fuerit: q vere baptizatus est: eo q adhuc remaneat aq̃ i specie ⁊ virtute sua. Scõm tamẽ Hugelinũ in apparatu suo: q̃ de fermẽtato conficit: nihil agit. Prior tamẽ opinio est ꝓbabilior. ¶ In quarto casu dicit a magnis: q etquo tam modicũ apponit de vino: vt oino ab aqua absorbeatur: cum aqua tũc magis colorata dici debeat ⁊ sit q̃ vinũ: ⁊ de aqua cõfici non possit: ꝑ consequens nec de tali cõmixtura cõfici poterit. Unde ꝑ istoꝝ opinionẽ illi nõ cõficiũt qui pannũ lineũ in vino intinctũ ꝑ totũ annũ cõseruãt: ⁊ in tẽpore sacrificij particulã eius in aqua calicis abluũt: vt legit de conse. dis. ij. c. cũ omne. Opinio quorundã decretistarũ tenet cõtrariũ: scz q cõficiat cum vino ab aqua absorpto: sicut recitat magister Bal. in sũma. ¶ Quo ad quintũ ꝓpo scz an sine aqua possit cõfici: ⁊ quãtũ sit apponẽdum de aqua: patet ꝑ antedicta rñdendo ad primũ: ⁊ ad hoc ꝓcedens. s. q tam modicũ vt a vino absorberi possit: ¶ Ad sextũ aũt in quo queritur: an panis trãseat in carnẽ: sanguinẽ: animã ⁊ deitatẽ ⁊ siliter vinũ? Dicendũ q totꝰ christus est sub vtraq; specie: sed tñ panis trãsit in carnẽ christi ⁊ vinũ in sanguinẽ. Sed q: totꝰ christus inseparabilis est: ideo sub specie panis est caro ꝑ conuersionẽ ⁊ transsubstãtiationẽ: ⁊ sanguis ⁊ aia: ⁊ deitas per concomitantiã: eo q caro aꝰ sine sanguine: aĩa ⁊ deitate nunq̃ fit: virtute em̃ verborũ est principaliter ibi caro: ⁊ cõsequẽter cetera omnia christi. Unde christꝰ totus est ibi ꝓpter virtutem: sed tñ caro principaliter ⁊ cetera cõsequenter. Et sub specie vini tñ est sanguis christi ꝑ conuersionẽ ⁊ trãssubstãtiationẽ: reliq̃ aũt christi oia per cõcomitãtiã. ¶ Ad septimum ꝓpo quo queritꝝ an aqua trãseat in sanguinẽ vel tñ in vinũ. Duplex respõdet sm duplicẽ opinionẽ. Ponit em̃ quedã opinio q aqua nõ trãseat in sanguinẽ christi verũ: scz tm̃ est ibi ad significandũ ppl'm: sm q dicit de conse. dis. ij. ca. cuz omne. Cum in calice christi aqua vino miscet: christo ppl's adunat: id est adunari signat. Alia opinio (cui magis credere possum) ponit q aq̃ transit in sanguinẽ: sed hoc cũ prꝰ est a vino absorpta: ⁊ ita verũ est quodãmodo q aqua non transit in sanguinẽ. s. immediate: q: nõ transit nisi prius sit absorpta a vino: ⁊ quasi facta vinũ: ⁊ sic non cõtradicit priori opinioni ¶ Ad vltimũ. s. an de aliquo alio liquore liceret cõficere? Dic q nõ Sed nunq̃d cõfici possit in aggresta? Itẽ nunquid de aceto? Ad primũ istoꝝ dic q nõ: nisi tũc cum visibiliter in ipso aspectu inceperit vinũ apparere: ⁊ gustus iudicet vinũ esse vel vini saporem habere. Ad secũdũ istorũ dicendũ q si acetum fuit de vino: tũc potest de eo confici: aliter nõ quibꝰ ego nõ credo: eo q (vt vult pbus in meta pbysica sua) acetũ nõ est vinũ: neq; ꝑt fieri vinũ ⁊ ideo de aceto nõ põt fieri cõfectio: sed de vino acido põt: licet nõ sit tutũ de vino acido conficere ꝓpter reuerentiã sacri. Et ita sentiunt doctores theologi: priori ꝓpo cõsentiũt quidã decretiste.

Que sit forma verborũ

ꝓcisa in sacramẽto eucharistie.

Forma aũt verborũ q̃ ptinet ad conse ⁊
f crationẽ hec est: Hoc est corpus meũ ⁊ nihil amplius: ⁊ volũt fere oẽs. Q; enim addit. Accipite ⁊ comedite ad vsum ptinet sacramẽti: ⁊ nõ ad ꝓfectionẽ: ⁊ ideo nõ dr̃ esse de forma. Dec etiã est forma ꝓbor in ꝓsecratiõe sanguis. Hic est calix sãguis mei noui ⁊ eterni testamẽti mysteriũ fidei: q̃ ꝓ vob ⁊ ꝓ multis effundet in remissionẽ peccatorũ. Uñ q̃dam nõ legant oia ꝓba hec seriatim in euãgelio: credendũ tm̃ est q illa habeat eccl'ia ex spẽali traditione dñi. Qõ ptz ex ꝓbis apli. i. ad Cor. xi. ca. Ego em̃ accepi a dño qõ ⁊ tradidi vobis: quia dñs ⁊c. Et q: forma ꝓbor illor vehemẽter impressa fuit cordib discipulorũ ⁊ in q̃tidiano vsu: iõ nõ est adeo diligẽter ab aplis scriptũ: sic fuit a christo factũ ⁊ dictũ: vt videt velle Damascẽ. ¶ Sed tũc q̃rens an sol'bis ꝓbis possit nũc ꝓfici nõ additis orõnibꝰ ꝑcedentibꝰ? Itẽ an immutata in aliq̃ ista forma possit ꝓbis ill' ꝓfici corꝑ christi: vtpote si adderet aliq̃d: vel minueret: vel mutaret: vel corrupt'iue pnũciaret? ¶ Ad primũ dr̃ sm multos ⁊ magnos q possit cõfici solis illis ꝓbis dñi ꝓpter institutionẽ apl'orũ ⁊ eccl'ie. Cum his solis verbis in primaria institutiõe facta benedictiõe hoc sacramentũ cõplete cõsecratũ sit. Qõ confirmare videt sentẽtia Alberti in suo libro de sacramẽtis: qui ait. Quõ põt q panis est

corpus christi esse? Confectiõe quidẽ verbis et sermonibꝫ dñi iesu. Nã ꝓ oia alia que dicuntur laus deo defert. Uerũm grauissime peccaret ꝙ aliter faceret: etiã in quacũq; necessitate: hoc est qui verba ꝓcedentia sciẽter omitteret: eo ꝙ hoc sacramẽtũ nõ est simplicis necessitatis. Unde sic nõ posset eũ necessitas excusare. Alij estimãt ꝙ sine ꝓcedentibꝫ q̃ dicunt in secreto misse: nõ fieret cõfectio: et hoc ꝓpter statutũ ecclesie. Primus tamẽ videt aliquibꝫ veri⁹. ¶ In secũdo casu supra posito principali distinguit: q; in tali transmutatione vel corruptiõe verborũ: aut intendit heresis: aut nõ. Si sic credit ꝙ illis verbis non cõficiat: vt supius est dictũ in cõsimili de baptismo. Si aũt nõ intẽdit heresis: adhuc distinguit q; aut tali facta mutatiõe seu corruptiõe vel additiõe stat adhuc sufficiẽter sensus verboꝝ: aut non. Si nõ stat: credit ꝙ nõ conficit: vt si dicat: Non est hoc corpus meũ: vel: hoc est corp⁹ meũ scz Thome vel hmõi. Si aũt sensus verborum stat: credit ꝙ ꝓprijs verbis: quacũq; etiã trãspositiõe vel corruptiõe: etiã in quocũq; vulgari fiat: cõficit sacramẽtũ: qm̃ (vt dicit Hugucti.) nõ multũ curandũ est de modo sermõis: dũmodo res integra sit. Alij vident oppositũ sentire: qs tm̃ videt mouere statutũ eccl'ie: ꝙ nec addendo vel minuẽdo: nec trãsponẽdo ꝓmittit irritare.

Quis sit effectus sacramenti eucharistie.

2 Effectus aũt huius sacramẽti ponit
c duplex: ſm mgr̃m i sentẽtijs. Scõm ipm eñ duo efficit: scz charitatis augmentũ et infirmitatis: hoc est venialis pecti diminutionẽ. Pñt et alij assignari but⁹ sacramẽti effectus: iucta eius supra tactas et declaratas valitates. Hos aũt effectus seu valitates ibi recitat: q; isti sunt notabiliores. ¶ Sed ex quo ponit ꝙ valet ad diminutionẽ venialiũ: queres an eius sumptio in alij casu deleat oĩa venialia: Itẽ an in aliquo casu valeat ad deletionem peccati mortalis: Itẽ an si deleat venialẽ: deleat ei debitas penas: ¶ Ad primũ dicitur ſm illos qui dicũt: Sine venialj nõ possit h̃ qs viuere: ꝙ nunq; delet omne veniale quin aliq̃d relinquat. Semp eñ relinquit i anima minor amor dei q̃ esse debeat. Eo ꝙ in via ſm Aug. non impleat ex toto hoc ꝓceptũ: Diliges dñm deũ tuum ex toto corde tuo etc. Et minor amor dei est peccatũ veniale ſm Aug. ¶ Ad secundũ scz an deleat mortale peccatũ: dicit ꝙ nõ: q; istũ sacrm̃ nõ ordinat ꝓtra mortale pecm̃. Cum eñ triplex sit culpa: scz originalis: cõtra quã specialiter baptismus ordinat: et actualis que duplex est: scz mortalis: cõtra quã spẽaliter ordinat penitẽtia. et venialis cõtra quã ordinat eucharistia. Patet ꝙ de se tm̃ veniale delet. ¶ Ad tertiũ dicit ꝙ delet veniale et penã ei debitã: hoc tm̃ intellige ſm magis et minus: ſm scz ꝙ magis aut min⁹ afficit cõficiẽs vel recipiẽs hoc sacramentũ ad mortem christi: et ad passionẽ christi: que in ipi⁹ eucharistie sacramẽto rep̃sentant.

Aliqua de vero corpore christi.

b Circiter tangũtur aliqua de ipso corpore christi. Primo scz q̃liter post fractionẽ factã in speciebꝫ panis: tot⁹ x̃ps sit sub q̃libet particula: q̃ prius totus fuit sub tota hostia. Itẽ an corp⁹ x̃pi ventrẽ intret: et si sic: q̃diu ibi existat: ¶ Ad intelligẽdũ aũt q̃liter tot⁹ x̃ps est sub q̃libet parte hostie q̃ prius fuit totus sub tota hostia: dat aliq̃le exẽplũ de speculo. In speculo eñ integro apparet vna imago: scz inspiciẽtis: si tm̃ sit sol⁹ vn⁹ inspiciens: fracto aũt speculo in q̃libet parte fractiõis eadẽ apparebit imago: si tm̃ inspiciẽs easdẽ particulas inspiciat. Ita x̃ps q̃ est imago dei p̃ris: sub hostia integra tot⁹ est: et post fractionẽ hostie imago eadẽ: idẽq; x̃ps sub q̃libet fractionũ particula remanet. ¶ Ad secũdũ. s. vtq; in ventrẽ vadat: Dicit ſm q̃sdã q dũ é i ore: adhuc pñs est sub illis speciebꝫ: sed statim cũ gluttit corp⁹ x̃pi transit in mẽtẽ: et spẽs ille panis et vini in vẽtrẽ. Alij q̃bꝫ magis credendũ est: dicũt ꝙ intrat i vẽtrem: et ibi tãdiu remanet: q̃diu species ille sunt incorrupte: et cũ spẽs desinũt ibi esse panis et vini: desinit etiã ibi cẽ caro et sanguis x̃pi. Qõ etiã ꝓtingeret in pixide: si p diuinã ꝓseruationẽ corrumperẽt: et pirẽt ille spẽs. Nec obstat ꝓbũ Augustini qõ videt mouere eos q̃ sunt in ꝓre opiniõe. s. ꝙ q̃diu est i ore: tãdiu est i mẽte. Nec datur in secessum: sed rapit in excessũ. Per hoc eñ nõ negat Aug⁹ q̃n vadat in vẽtrẽ: sed negat ꝙ traũcat in alimẽtũ corpis: et ꝙ digerat i stomacho: et ꝙ pars trahat ad eparem et formet in sãguinez quo restaurẽtur deperdita corporis: et pars impurior in secessũ vadat: sicut est videre in cibo corporali. Hoc eñ nephas esset dicere: imo etiã cum assensione cogitare.

De qualitate seu condi tione recipientũ.

n Tunc de conditiõe recipiẽtiũ restat aliquid tangẽdũ. Et primo quer̃. An A
possit sumi ab illo q̃ est in pecto mortali: Et an debeat hoc sacramẽtũ in aliquo casu existenti in peccato mortali dari: Item an existenti in peccato mortali possit loco eucharistie dari hostia non consecrata: Itẽ an possit sumi ab eo q̃ nocturna illusiõe pollut⁹ est. Et an a mẽstruata: Item an ab eo q̃ nocte ꝓce

dente cognouit vxorē suā: Itē an l'cet cognoscere vxorem suam die receptionis. Item queritur quare nō dat eucharistiā pplo sub vtraq; specie: ¶ Rūdet in primo casu: r dicāt q; aut aliq; scat se esse i petō mortali: aut nō. Si scat: peccat mortaliter sumēdo: nec debet aliquo mō sumere. Si nō scat se esse in petō mortali: it nī: sed post sufficiēs cōscientie sue scrutiniū hoc debēdere nō pōt: r tūc sumere pōt: nec peccat si sumat. ¶ An autē debeat existēs in petō mortali dari si petat: Distingue: q; aut ille q; petit est in mortali publico: aut in occulto. Si in occulto ōnis illud certissime sciat sacerdos: petēti nī in publico debet dari: alioquin peccatū secretū publicaret: qō fieri nō debet. Si aūt petat in secreto: vetare pōt sacerdos r debz. Si aūt sit in petō mortali publico: tunc publice negare debet: vt publicis meretricibo r histrionibo r bnōi petētibo r non petētibo: quibo negare debet: vt plene dic̄ canon de conse. dis. ij. ¶ De hoc aūt qō secundo querit. s. An existēti in peccato mortali debeat dari simpliciter hostia loco eucharistie: Dicāt maiores q; non: tū q; hoc nō vidit deus facto suo approbare: imo ꝓrariū. Nam corp⁹ suū dedit Iude: quē sciebat esse in mortali petō: tum q; nescitur an visitauerit cū dñs: q; nescat tarda molimina spūssancti grā: tum q; simulatio talis esset ei cui darēt inutilis. Et quo cū corpus christi petit: per cū non stat quin accipiat r sic equaliter peccat. Secus si ex: esse peteret sibi hostiā non ꝓsecratā dari: tūc enī ei dare posset ma nī q; illa hostia seorsum poneret a consecratis: ne ecclesia deciperet dando ei nō cōsecratā ac si cōsecrata foret. Propter quā etiā causam reprobat consq; sibi mortalis criminis: simulās se cōficere vbi nō cōficit. Ut hī extra de missa. celc. cap homic. ¶ Ad tertiū: quo scz querit. An pollutio nocturna impediat sumptionē. Rūdet aut q; venit pollutio ex superfluitate humerū: vel ex infirmitate nature: vel ex illusiōe diabolica: r tūc nullus dicāt ibi esse reatū culpe: nec cogit quis ꝓter talē pollutionē abstinere a ministerio altaris vel a sumptione eucharistie. Et dico notant non cogit: q; causa reuerētie a tali celebratione aut sumptiōe abstinere laudabile est. Si aūt cōtingat dicta pollutio nocturna ex crapula vl' ex aliqua fede delectatiōis ꝓmeditatione: tūc si pt fieri sine scādalo: debet abstinere: nisi necessitas cogat: vtpote vbi alius qui celebret: nō inuenit. Magna enī reuerētia exhiberi debet sumptiōi r si fieri pōt multo maior cōsecrationi. ¶ Exeat mēstruata nō est arcēda a cōmuniōe: eo q; passio sit: r pena sit hoc pati: r nō culpa. Et ꝓpter penam quis arcēdus nō est. ¶ Ad aliud scēndū qō est quartū. An. s. ab eo qui nocte precedēti cognouit vxorē suā: suscipi possit eucharistia: Dicāt q; reddens debitū ꝓpter fidē thori r iusticiā vl' etiā exigens ꝓpter bonū prolis: non debet phiberi a cōmuniōe. Suo iudicio est circa hoc relinquendus: an velit scz abstinere ex humilitate: vel accipere ex deuotione. Secus aūt est si ex infirmitate carnis hoc exigat: q; ille monēdus est ne accipiat: r nō est suo iudicio quo ad hoc relinquendus. Si aūt omnibo modis ex deuotiōe se ingerat: nō est phibēdus. ¶ Hoc etiā seruādū est respectu quinti: q; dic. s. cōmunicationis causa reuerētie nullo modo reddendū est debitū: nisi alter coniugū instāter petat. Si etiā alter reddat vel etiā si petat: peccat quidē: sed nō mortaliter. ¶ Ad vltimū ꝓ scz septū: quare nō dat populo sub vtraq; specie: Dicāt q; triplex est ratio. Una q; non legit christū corpus suū sanguini intinctum ꝓbuisse. Hec est contrariū de iuda: cui videtur dñs intinctū panem porrexisse. Quia ꝓm Aug. ꝓius verū corpus dedit: r postea panem vsualē intinctū. Alia causa est imminens periculum: quia scz facilius caderet gutta sanguinis ex mica hostie: quia in hostia partes cohērent sibi bnon sic in sanguine. Tertia causa est ꝓcedēs signū: quia in lege qua in sacrificio offerebant libamina: de libamine nihil habebāt offerētes; sed sacerdotes tm̄: licet de aliq; haberent. Ut ergo congruat veritas signo: non dat populo cū charistia cum sanguine.

De qualitate seu condi- B tione ministri sacramenti.

Vltimo restat dicere de ministro. s. ḳs posset consecrare: Et scias q; habēs ordinē sacerdotalē: r sol⁹ talis potest ꝓsecrare eucharistiā: r corpus christi cōficere. Quinimo r si male vite fuerit r hereticus: dūmodo formā ecclesie teneat: r intentionem habeat consecrādi: cōficere pōt corp⁹ christi: cuius magister in sentētijs videat sentire cōtrariū: nisi intelligat de his qui ꝑsi ab ecclesia nō obseruāt ritū celebrandi ab ecclesia traditū. q; tūc cōstat q; non conficiūt. Nec obstat q; ꝑm canones phibet: q; missa aut aliq; sacra recipiātur ab hereticis: symoniacis: schismaticis: fornicariis: q; p hō nō dicāt ḳn cōficiāt. Sol⁹ ergo (vt dixi) habēs ordinē sacerdotalē cōficere potest. ¶ Sed querit vtrū nō iciun⁹ pōt conficere. Itē an post sumptionē medicinaliū vel potū aquet: Itē si nō debito loco: vtpote in altari nō ꝓsecrato: vel sup terrā vbi nō est altare: vel sine sacris vestibo possit celebrari: ¶ Ad primū dicendū est q; ꝓter institutionē ecclie aplice peccat mortaliter qui prānsus celebrat: cōficit tm̄: dūmō intentionē habeat seruādi formā r debitā materiam. Q; aūt a iciuno cōficiat: nō est de sacri essentia. ¶ Ad secūdū dicāt q; post medicinaliū sūptionē

vel etiã potũ aque nõ est celebrãdũ: eo q̃ oĩs cibus quẽ vsualiter cibũ vocam⁹: ℔ est q̃ trãsit in ventrẽ: si nõ ꝓcurat in corp⁹: frangut ieiunũ: et impedit celebrationẽ. Inlup bmõi medicinalia in hoc impedũt: qz freq̃nter inducũt abominationẽ. Si tñ ista de facto cõfecerint ꝓsecratũ est: sed grauiter peccãt. ¶ In tertio articulo siue casu dicãt q̃ bmõi si tñ habent intẽtionẽ cõficiẽdi cõficiũt: sed mortalissime. i. q̃ in nõ debito loco vel sine sacris vestibo celebrat. Et si posset inuenire: foret degradãdus.

De sacramento penitentie ꝛ pertinentibus ad ipsum.

Uoniã de sacro pnie sufficiẽter in ſũma Raymũdi tractat: q̃ passim apud frẽs habet: nõ panca hic de ℔ pnie sacramẽto dicẽda sunt. Et ꝓmo de ipo sacro in genere aliq̃ dicant. Scõo aliq̃ de eius partib⁹ tangant. In genere ergo p:i⁹ videndũ venit. Quid ẽ pnia. Quot ꝛ q̃ ei⁹ species. Quid in ea sit sacrm. Et q̃d res. Et q̃s sit ei⁹ effectus. An necesse sit q̃ fiat in charitate ꝛ volũtarie. Et an q̃s possit ꝑ vno pcõ mortali penitere: nõ penitẽdo de oĩbo. An pniam ꝑ se factã teneat quis dũ cõualuerit iterũ facere. An pnie hic diminute a cõfessore iniũcte: supadder deus qõ deest in purgatorio. Que sunt pnie regulares ꝛ canonice. Et quare ꝑ pcõ mortali tenet q̃s ad septenẽ pniam. An pnie sint arbitrarie. Quis sit minister in hoc sacramento.

Quid est penitentia in generali.

S Et aũt pnia ſm Ambro. mala p̃terita plãgere: ꝛ iterũ plãgẽda nõ cõmittere. i. nõ habere ꝓpositũ iterũ cõmittendi. Et nota q̃ ſm mgrm in li. iiij. ſnĩa ꝑ: est pnia interior. ſ. cõtritio: ꝛ exterior. ſ. cõfessio ꝛ satisfactio. Interior ꝓo pnia quodãmodo radicalit oĩs pnia est. Ipse cñ dolor exerit se in ore ꝑ cõfessionẽ: exerit etiã se in ope ꝑ satisfactionẽ. Et hec interior pnia. i. ꝓtritio habetur ſpẽaliter ſm Ambro. q̃ ipa ꝓncapaliter est penitentia: radicabiliterq̃ omnis penitẽtia.

Quot et que sunt penitẽtie species.

d Istinguunt aũt tres spẽs pnie. ſ. solẽnis q̃ fit in capite ieiunij cũ illa solẽnitate de q̃ habet de pnia. dis. v. c. in capite. Item publica cũ iniũgit. ſ. aliqui pegrinatio p mũdũ cũ baculo cubitali: ꝛ cũ aliq̃ veste religiosa tali pnie apta. Itẽ ꝓuata: q̃ ſtridie ponit bis q̃ secret⁹ sua ꝓfitent pcã. Et cetera arca hec q̃re in ſũma Raym. ti. de pñis.

Quid in penitẽtia sit res ꝛ quid sacramẽtũ: ꝛ de eius effectu.

Uid aũt in ea sit res: ꝛ q̃d sacramẽtũ:

q Dicat q̃ sicut in sacro eucharistie: species panis ꝛ vini sunt sacrm gemine rei. ſ. corporis christi veri ꝛ mystici: ita hic cõfessio ꝛ satisfactio sunt sacramẽtũ cõtritionis ꝛ remissiõis pcti. Unde virtute cõtritionis efficiunt qđ figurãt. ſ. remissionem peccati. Sic ergo intelligendo patet q̃ contrito diuersis respectibus: ꝛ res est ꝛ sacramẽtũ. Res scz cõfessionis ꝛ satisfactionis que sunt eius sacramẽtũ. Et sacramẽtũ remissionis peccati que est eius res. ¶ Et quo in parte patet quis sit effect⁹ pnie scz remissio peccatorũ: ꝛ cõmutatio pene eterne in tpalẽ. Et ex ꝓsequẽti collatio vite eterne.

℣n quis possit de vno pcõ penitere ꝛ nõ penitẽdo de omnibo.

A Et istẽ in vno mortali pcõ possit

a agere pniam fructuosam de aliis: primus est inquirẽdũ. Et dic q̃ nõ. Quia etiã apud boies remanentibo in inimicicijs: nõ recipit satisfactio ledẽtis. Unde cũ retẽto vno mortali pcõ: inimic⁹ dei fiat pcõr ꝛ ab eo auersus: ptz q̃ valere nõ põt pnia ꝑ pluribus cõmissis vno tñ retẽto: qz in illo vno inimicatur deo. Et ℔ satz clamat apls. ſ. Cor. xiij. dicens: Si habuero ꝓphetiã rẽ. ꝛ corpus meum tradidero ita vt ardeã: charitatẽ aũt nõ habuero: nihil mihi ꝓdest. Uñ opinio q̃ in. iiij. ſniarũ ponit ꝛrũ: manifeste hereticа est. ¶ Si intra ℔ q̃ras: an oporteat q̃ pnia sit volũtaria ad ℔ q̃ satisfaciat: Dic q̃ sic. Distingue tñ q̃ aliq̃d dicat volũtariũ dupliciter. Aut ꝓpter se vt sanũ cẽ: ẽ voluntariũ ꝓpter se. i. ꝓpter ipam sanitatẽ: qz eñ bonum est sanũ esse: ideo sanari volo. Aut ꝓpter aliud. ſ. ꝓpter bonũ exinde sequẽs: sicut secari volũtariũ est: nõ quidẽ ꝓpter se: sed ꝓpter cõsequẽtem sanitatẽ. Sic ad ꝓpositũ dico penã q̃ est in pnia oportere volũtariã esse: nõ q̃dẽ ꝓpter se: q̃ null⁹ ꝓpter se. i. ꝓpter ipam pniam vel penam eã vult: aut libẽter accipit: sed bene ex cõsequẽti. ſ. ꝓpter salutem anime consequendã.

℣n penitentiã ꝓ se facta teneatur homo dũ cõualuerit iterare.

E Terũ cum querit an pniam ꝑ alios

c factã teneat q̃s dum cõualuerit: iterũ facere. Puta egrotus aliquis dũ ad huc sanus erat: penitẽtiã cõdignã suscepit a sacerdote. Deinde de vita sua desperãs ipam annuis ponit q̃ eã pagũt añ̃ plene ꝓualuerit. Queritur vtrũ iste post suã conualentiã ad penitentiã iniunctã sic ꝑ amicos suos peractaz

teneat? Rñdet q; qz ꝑt apud talẽ dubiũ esse: vtq; illi sui amici ipam pniam ex charitate fecerint? q; talis nõ sufficeret. Insup qz nõ tam efficacit satisfacit pnia ab alio facta: sic illa q; ab ipomet penitẽte fit. Ideo securũ est q; ille de ea iterũ satisfaciat postq; fuerit redditꝰ sanitati: imo z ea3 facere tenet: ne incerto se discrimini committat. Et expedit quidẽ: qm si prior pnia per alios facta satisfecit ꝓ culpa secũda: quã ipse facit: cedet ei in augmentũ glorie.

An penitentie diminute addet deus in purgatorio qó deest.

s Equẽri ꝓ o articulo q̃stionis sc3: An pnie diminute inflicte: addet deꝰ qó deest in purgatorio? Dicit mgr̃ in li. sniarũ q; sic. Ait enim: Si interior penitẽtia. s. ꝓtritio in vindictã pcti nõ sufficit: nec exterior pnia h̃ implet: deus ꝙ modos z mẽsuras pctorũ nouit: penã sufficiẽtez addet. Uñ qñ condignã penã nõ iniungit sacerdos: vel si iniũgit: nõ tñ implet: nõ absoluit penitẽs a cõdigna vel tota pena corrñdente: sed a tãta. s. quãtã facit h̃. Uñ de tãta erit absolutꝰ nõ aũt de residua quin sc3 in purgatorio cõpleat. Tñ magnitudo ꝓtritionis z feruor implẽdi qó iniungit: multũ poterit facere ad h̃ q; ꝓdigna reputet. Uñ dic̃ Hugo de sctõ vic. lib. suo de sacris. Sepe qó minꝰ fortis agit̃ efficaciꝰ intus opat. In aliq; enim ope apparẽtia exteriori magna põt deuotio esse.

Que sunt penitentie canonice z quare pro peccato mortali agi debet penitentia septẽnalis.

q Ue aũt penitẽtie canonice sint et hoc accipe q; regulariter ꝓ peccato mortali debz agi septẽnis penitẽtia: vt dic̃ canon. tttiij. q. ij. Cuius dicti multiplex ponit rõ ꝓter eã quã ponit canon de Maria. s. sororꝭ moysi: q; iubet excludi ꝑ septem dies extra castra: videz ꝓpter septẽplicẽ gr̃am spũsscti recupandã: quã peccãdo pdidim⁹. Itẽ ꝓpter septẽplicẽ penarsum pctõrũ: qz vno pctõ ꝑpetrato ꝓcurrũt oĩa septẽ capitalia: ꝑm opinionẽ dicentiũ q; habito vno habent oĩa. Iuxta illud: ꝑ septies septẽdecĩ nequicie in corde eius. Item ꝓpter recupationẽ septẽ dotũ: qz ꝑ pniam septez dotes recupamus: q̃tuor. s. corporis: et tres aie De qbꝫ supꝝ in fine tractat⁹ de symbolo fidei in declaratiõe. s. duodecimi articuli. Itẽ ꝓpter recuperationẽ septẽ illorũ et qbꝫ cõstat homo: sc3 q̃tuor elemẽtorꝫ q; ad corpꝰ z trium virtũ. s. rõnabilis irascibilis z cupiscibilis q; ad spiritũ. Pro enormitate tñ criminis dz qñq; maior pnia q̃ septẽnis infligi. De qua materia require in summa Raymundi ti. de penitentia.

Utrum penitentie sunt arbitrarie vel non.

Tñ etiã pnie arbitrarie sunt nec ne.

v Et qualiter sic: z qualiter non. Dicit idẽ Raymũdꝰ eodẽ ti. de pnia. ¶ Nota tñ circa h̃ dupler ẽ opinio. Una ponit q; oẽs pnie arbitrarie sunt. i. qz in voluntate sacerdotis est dare: vel plus vel minꝰ: z h̃ ex potestate z vi clauiũ. Et huic opinioni fere oẽs cõfessores initunt. Alia ponit q; ita arbitrarie sũt q; sacerdotũ est iudicare de oĩbꝫ circũstãtijs contingẽtibꝫ: z tñ a canonibꝫ nõ recedere. i. a penitẽtijs a canone iniũctis. Cõsideratis enim circũstãtijs si grauiores fuerint: penã canonicã aggrauare possunt. Si ꝓ leuiores fuerint: sic. s. q; factum diminuãt: tunc de pena canonica poterũt diminuere. Et hec est opinio securior.

Quis sit idoneus minister in sacramento penitẽtie.

Minister aũt huiꝰ sacrĩ ẽ sacerdos. Nã

m sol' sacerdotibꝫ dedit dñs ptãtẽ ligãdi z soluẽdi. Et lz q̃libet sacerdos ex virtute huiꝰ sacrĩ minister sit: nõ tñ cuilibet sacerdoti indistincte pmissuꝫ est ista ptãte vti: imo respectu aliq; est hmõi ptãs ligata: vt tãgit Raymũdꝰ in sũma sua. ti. de pnia. di. ij. q̃ est de ꝓfessione. §. tenet penitẽs. Et plibꝫ pagraphis seq̃ntibus vsq; in finẽ dicte sc̃e doctrinalis. Et infra etiã aliq̃liter tãget: vbi de ipa ꝓfessiõe aget.

De partibus sacramẽti penitentie in generali.

Unc ad ptes pnie attẽdẽdũ est: q; sũt

n tres: ꝑm triplex peccatũ: cordis: oris z opis. Uel ꝑm triplex affectuũ ad peccatũ. s. cõcupiscẽtiã carnis: concupiscẽtiã oculorũ z superbiã vite. Et sunt iste: ꝓtritio: ꝓfessio z satisfactio. Hec est triplex dicta: q; deuenit in celum. De q̃ Eto. ij. Ibim⁹ viã trĩ dierꝫ rc̃. De ꝑma sc3 de ꝓtritiõe tãgendũ est ꝑmo qd sit. An dolor minimꝰ sufficiat ad h̃ q; qs virtutẽ habeat ꝓtritionis. An opꝰ teneat ꝓtritionẽ cũ tota vita ꝓtẽdi.

De prima parte penitentie. Quid sit contritio.

Diffinit aũt ꝓtritio ab aliqbꝫ sic: Con-

o tritio est dolor volũtarius ꝓ pctis: seipsum per in se puniens qó dolet admisisse. Que diffinitio lz generalit̃ pnie conuenire videat tñ maxime cõuenit ꝓpter ꝓtritionẽ. In ꝓtritiõe enim esse ipsius pnie maxime saluat: eo q; oportet semp illã actu cum pnia esse. Alias aũt partes penitẽtie in casu sufficit: vt assint ꝑm votum z volũtatẽ. ¶ Diffinit etiã ab alijs sic: Cõtritio

est dolor pro peccatis assumpt⁹ cū ꝓposito cōfitendi ⁊ satisfaciēdi. Qm̄ nisi assit ꝓpositū confitendi ⁊ satisfaciēdi: nō est cōtritio: sed pot⁹ attritio noiat. Q⁹ si obycias q in valida cōtritione delet culpa ⁊ pena: vñ cum cōfessio ⁊ satisfactio pene sint: tam intēsa poterit esse cōtritio: q neq; oportebit adesse confessionē neq; satisfactionē. Ad qđ dica pōt: q nemo nouit se talē contritionem habere q̄ delere possit vtrūq;. Uñ vt nō cōmittat se ds discrimini: oportet q q̄uis habeat validā contritionē: habeat nihilomin⁹ ꝓpositum cōfitēdi ⁊ satisfaciēdi: maxime cū ista sint in ꝓcepto eccl̄ie: ⁊ nō parere ꝓcepto: transgressio ⁊ peccatū mortale sit. Hoc tñ scio q cōtritio sola in articulo mortis vbi nō apparet cui possit fieri cōfessio: sufficit ad salutem: sed qm̄ incertū est vtrū tūc cōtritio possit haberi: stultū est illud tēpus expectare: ⁊ tanto se discrimini reseruare.

An minimus dolor sufficiat ad habendū virtutē cōtritionis.

a A dolor minimus possit esse ꝓtritio: vl̄ sufficiat ad delationē culpe precipue cum dicat Tbren. ij. Magna velut mare ꝓtritio tua: dubitari pt. Sz dicūt magistri q minim⁹ dolor sufficit ad delationē culpe: dūmodo informatus fuerit cbarita te: vtpote q̄ erat a se ꝓpositū cōfitendi ⁊ satisfaciendi: q⁹ talis dolor cōtritio dicit. Est ergo talis dolor cōtritio minimar⁹ hec delet tm̄ culpam ⁊ reatū seu debitū pene eterne. Qui si maior fuerit: delet partē pene tpalis debite. Si ꝓ maximus fuerit: totā penā ⁊ totā culpam delet. Que autē talis sit nescio: de⁹ scit. Et dicit magna vel maior vel maxima cōtritio: sm̄ q ad maiorem dolorē mouemur. Eo q̄ ꝓni sumus ad dolorem minorē debito q̄ non liberat a gehēna. Et q⁹ p maiorē dolorē euacuat culpa ⁊ tota pena: hinc cōtritio dicitur minor ⁊ maior ⁊ maxima. ¶ Sed nunquid oportet q tant⁹ sit dolor vl̄ pigentia: vt nollet homo ꝓ toto mūdo vel ꝓvita obseruāda: iteꝝ mortaliter peccare. Plane dicitur q sic: eo q nūn⁹ bonum semp debet velle amittere: ne maius amittat. Deus em̄ in infinitum mai⁹ bonū est toto mūdo: q̄ tm̄ amittitur in pcō mortali. Unde si penitens profiteat se esse in tali ꝓposito: amplectēdus est: q⁹ bene validaz habet cōtritionem. Si aūt profiteat se in ambiguo esse: vtrū cederet vl̄ sustineret mortē anteq̄ peccaret mortaliter: adhuc fouēd⁹ est: nō abiciendus. Sufficit em̄ alioq̄ modo istud ambiguū eo q nullus cert⁹ est vtrū cederet vel sustineret. Ut dicit Aug⁹ in li. de virginitate. Sz si ex de liberata cōsciētia dicat se certū esse q pri⁹ peccaret q̄ cederet toti mūdo: vel mortē pateretur. Istū dicūt esse nō cōtritū: nec vllā recipe remissionem petōꝝ: eo q nullā habet cōtritionē. Hāc tamē quātitatē cōtritōis nō debet ꝓfessor exigere: vt coram se ꝓficeat penitēs: sed per signa debet eā in ipso supponere. Si ita tñ de facto profitea tur: tenendū est qđ dixi.

An contritionem oporteat cum tota vita protendi.

d Ex excessione contritōis: vtrū videz oporteat ipam cū tota vita prēdima pme cum medicina non ꝓtendat vltra morbū: dubitari pōt. Sed dic q dolor cōtritōis nō finit: nec finiri debet in hac vita: imo sicut infinita est offensa in peccādo ds in deū q̄ est infinit⁹: ita exigit vt dolor de offensa p mō possibili sit infinit⁹: vt scz eternitatē salutem vite beis habeat: cū eternitatē simplr habere non possit: eo q nemo sit q̄ semp viuat. Hoc est: si in eternū in hac vita viueret: in eternū de peccato dolere deberet. Insuper morbo pcī q̄uis euacuat⁹ sit q̄tū ad culpā ⁊ reatū: semp tm̄ manet ⁊ manere debet q̄ad detestationē in memoriā ꝓpetrati delicti: vt dic Hugo de scō vic. Cum q̄ morbo ꝓtendit dolor: vt ei⁹ medicina: q̄ nō est curās morbū ꝓteritū: sed ꝓseruās a futuro. ¶ De effectu ꝓ cōtritōis: ⁊ an in cōtritōe deleat pcm̄ anteq̄ deueniat ad confessionē inuenies in sūma Raymūdi tit. de pnia. dis. j. q̄ est de cōtritione. §. Sequit quis sit effectus. Et §. Qualiter autē hoc sit intelligendū.

De secunda parte penitentie: scz de confessiōe in generali.

5

d Et cōfessiōe ⁊ satisfactiōe nō est opus multa tā gere: eo q diffuse de his tractatur in sūma Raymundi. Hoc tamen quid sit cōfessio: an sit necessaria ad salutē. Et an cadat sub ꝓcepto. Et sub quo. Et qui faciēda est. Quantū differri possit.

Quid sit cōfessio in spāli.

d Iffinit aūt sic cōfessio. Cōfessio est legitima coram sacerdote peccatoꝝ declaratio. Dicit in ista diffinitiōe pcōrum declaratio: cōtra illos q̄ peccata sua celādo vl̄ ea excusādo occultāt. Dicit pcōꝝ cōtra eos qui recitant bona sua in cōfessiōe: vel q̄ ꝓfitent per abnegationē peccatoꝝ: vt nō sum adulter: nō sum homicida: ⁊ hmōi. Dicit coraz sacerdote: scz q̄ dauē habet ⁊ ptātez soluēdi: nō coram q̄libet de pplo. Potest tm̄ in necessitate: vt in piculo mortis coram nō sacerdote fieri. Legitima dicit qđ importat oēs ꝓditōes q̄ exigūtur ad verā ꝓfessionē. q̄s q̄re in sūma Raymūdi ti. de pnia. dis. ij. que est de cōfessiōe. §. sequit. que sunt necessaria ad verā confessionē.

¶ In confessio sit necessaria ad salutem.

Propter eos qui dicũt cõfessionẽ non esse necessariã ad salutem: eo q̃ nõ cadat sub aliq̃ p̃cepto diuino: vt patet discurrẽdo p̃cepta decalogi Ero .xx. Notandũ est ⁊ inuiolabiliter obseruandum: q̃ absq; vocali cõfessione vel signo q̃ loco vocis sufficiat: non est salus: dũmodo cõfessor haberi possit. Eo q̃ dicit Ambro. Nõ põt quis a pctõ iustificari nisi pcm̃ fuerit cõfessus. Et concedẽdum est q̃ sub p̃cepto cadat: sicut omne necessariũ ad salutẽ. ¶ Sed attendendũ est aliq̃d sub p̃cepto cadere dupliciter: scz vel principalit explicite: vel secũdario ⁊ implicite. P̃imo mõ confessio nõ cadit sub p̃cepto: eo q̃ nõ inueniat expresse in aliquo decẽ mandator̃ seu p̃cepto: uz. Cadit tm̃ secũdario ⁊ implicite sub p̃cepto: ⁊ dica p̃t q̃ sub illo p̃cepto: Honora patrẽ tuũ ⁊ matrem tuã. Ubi p̃cipit bonor ⁊ obediẽtia faciẽda matri ecclie. Quia igit ecclia statuit ⁊ p̃cepit cõfessionẽ boi fieri: et cõsequẽter in mãdato illo p̃cipi videt vt boi fiat confessio. ¶ Ubi aũt cõfessio instituta sit ⁊ p̃cipiatur ab ecclia: require in summa Raymũdi titulo de pniã. dis. ij. quc est de cõfessione. §. cui sit.

Cui sit faciẽda cõfessio.

f A summa nota fm Augu. ⁊ Amb. et alios expositores: q̄ ꝑmo diligendus est deus: deinde aīa ꝓpria. deinde aīa primi: deinde co:pus ꝓpriū: et postea co:pꝰ primi. Inter primos aūt ꝑmo parētes. s. pater ⁊ mater: scdo filij: deinde alij cognati. ¶ Utrum aūt vxo: sit p̄ferēda filijs certū nō habeo: post filios ⁊ vxorē domestici: scz noti: deinde extranei nō inimici: deinde inimici. ¶ Q̄z autē iubemur diligere p:oximos sicut nosmēpos: sic intelligendū est: q̄. s. eque optandū est eis bonū eternū sicut nobis. Non em̄ tenemur tēporalia equaliter eis vt nobis ministrare: sed nobis ꝑmo: post ea autē ipsis.

De quattuo: virtutibus cardinalibus in generali.

g Equitur breuiter aliq̄d dicere de virtutibus cardinalibꝫ. s. de iusticia: que fm Aug. est in subueniendo miseris: de ꝓuidētia q̄ est in cauēdis insidijs: de fortitudine q̄ est in ꝑferēdis molestijs: et de tēperantia q̄ est in ꝑuis delectationibꝫ coercēdis. De q̄bus ꝑmo dicendū est q̄re dicātur cardinales ⁊ cunles ⁊ politice. Deinde de singulis q̄ sit q̄libet ꝟtus in se. Et q̄ sunt ꝓpij eaꝝ actus tam in via q̄ in patria. Postremo de o:dine eaꝝ ad septem vicia capitalia.

Quare dicte virtutes dicuntur cardinales ciuiles ⁊ politice.

d Dicūtur aūt ſm quoſdā virtutes cardinales q̄ſi cordiales: ad differentiā ꝑtutū corpaliū. Cardo enī ſm Iſid. a corde derivat: q̄ a cordian grece q̄ eſt cor latine. Uel vt alij volūt dicūtur cardinales: q̄ in eis ſicut in cardine oīs alia virt⁹ maxime cuilibet voluit. Sc̄ōm aūt pb̄os q̄ de ipis tractauerunt dicūtur cardinales: q̄ in his ſicut in cardine eſt reuolutio totius vite humane ſm ſtatum honeſtū ⁊ ciuilē. ¶ Ciuiles aūt dicūtur q̄ cōſtituūt bonū ſtatū vni⁹ cū altero in ordine ciuium. Dis enī ꝑtutib⁹ ſm Plotinū pb̄m ⁊ macrobiū boni viri reipublice cōſulūt: vrbes tuētur: parētes venerāt̄r: patrios amāt. ¶ Politice aūt dicūtur eadē de causa: q̄ idē eſt polis grece quod eſt ciuitas latine: et ideo politice dicuntur quaſi ciuiles.

De virtute iuſticie in ſpeciali.

e Eſt aūt iuſticia ſm Augu. virtus tribuens vnicuiq; quod ſuum eſt. Que diffinitio cōuenit iuſticie tā ſm ſtatū vie q̄ ſm ſtatū patrie. ¶ Alia aūt diffinitio que ponit q̄ iuſticia eſt ſubuenire miſeris: conuenit iuſticie tm̄ ſm ſtatū vie. ¶ Ponūtur aūt ſm magiſtrū in.iij.li.ſen. duo act⁹. ſ. actus eius in patria: q̄ eſt deo regēti ſubeſſe: et actus act⁹ in via q̄ eſt miſeris ſubuenire. Di ſūt actus gñales ad quos tenēt̄ oēs. ¶ Sūt aūt alij actus act⁹ ſpeciales ad q̄s nō ita indifferēter oēs tenēt̄r: qui ſic (q̄tū ad ꝓpoſitū pñs ſufficere p̄t) diſtinguūtur. Jam tactū eſt q̄ act⁹ gñalis iuſticie eſt vnicuiq; tribuere q̄ ſuū eſt: hoc eſt: ſuperioribus paribus ⁊ inferioribus. Superioribus quidē p̄emnēdo ⁊ hoc duplicit̄r. Quia vel gñaliter: ⁊ ſic ō: act⁹ act⁹ inferiora ponoribus ſubdere: quā ponit Aug. de libero arbi. lib. ij. Uel ſpāliter: ⁊ ſic ō: actus act⁹ ſoli deo ſeruire: de quo Aug. li. vj. ſue muſice. Si aūt ſit in tribuēdo q̄ ſuū eſt paribus: ſic ē triplex actus act⁹. Unus paria ſibimet copulare. de quo Aug. de libero arbi. lib. j. Alius nullis coequare: niſi purificatis animis. Tertius nullis dñari appetere: niſi nature corporali vel beſtiali. De quibus duobus Auguſtinus in. vj. ſue muſice. Si aūt in tribuēdo q̄ ſuū eſt inferioribus: hoc ē duplicit̄. Uel quo ad penā ſubleuandā: et ſic act⁹ actus eſt miſeris ſubuenire: ſm magiſtrū in. iij. lib. ſen. ia. Uel quo ad culpā corrigēdā: ⁊ ſic act⁹ act⁹ eſt iniq̄s moribus corrigere ⁊ punire. De q̄ Aug. ſup. Gen. lib. xij. ad litteram.

De virtute prudentie in ſpeciali.

p Prudentia ſm mgr̄m in. iij. ſnia. eſt in p̄cauēdis inſidijs. Un̄ ſic apertius diffinit. Prudētia eſt virt⁹ rer⁹ bonarum vel malar⁹ neutrarūq; diſcretio cum fuga mali ⁊ electiōe boni. Et dicit neutrarūq;: hoc eſt indifferentiū: que ſc̄z neq; bone neq; male ſunt: quale eſt frangere feſtucas: vel hmōi. Et trahit diffinitio p̄ſens ex verbis Augu. li. vbi dicit q̄ prudētia eſt bonar⁹ rerū ⁊ neutrar⁹ ſciētia. ¶ Ponūtur aūt plures prudētie actus. Act⁹ act⁹ in patria duplex eſt. Unus nullū bonū deo ꝓponere vel equare: qui ponit per magiſtrū in. iij. li. ſnia. Alius ipam cōcupiſcere veritatē: de quo Auguſtin⁹ in. vj. ſue muſice. ¶ Actus prudentie vie ponūtur q̄nq;: ſc̄z p̄caucre inſidias: q̄ ponuntur per magiſtrū in. ij. lib. ſnia. Itē mala deuitare: de quo Aug. ſup Gen. li. xij. ad lr̄am. Item in corruptionē corruptioni ꝓponere: de quo Aug. ſuſt. de libero ar. li. j. Itē diſcernere bona a malo: de quo Aug. de ciui. dei. li. xix. Itē eterna ꝓponere tpalib⁹. de quo Aug. in. vj. ſue muſice.

De virtute fortitudinis.

f Fortitudo aūt eſt in perferēdis moleſtijs. Un̄ ſm quoſdā ſic aptius diffinitur. Fortitudo eſt inobilis animi inter aduerſa laborū ⁊ periculoꝝ equa ſuſceptio. ¶ Cuius quadruplex aſſignat̄ actus vie. Unus firmare animū contra tpales moleſtias: de quo Aug. Alius nō aduerſitatē nec mortē tpalē formidare: de quo Aug. in. vj. ſue muſice. Alius a ſapiēter electo nullis terroribus nulliſq; penis depelli: de quo Auguſtin⁹ de libero arbi. lib. j. Alius pro dilecto babēdo aduerſa tolerare: de quo Aug. ſup Gen. lib. xij. ¶ Actus patrie duplex eſt. Unus firmiſſime deo adherere: q̄ ponitur per magiſtrū in. iij. ſentētiar⁹. Alius nihil moleſte pati: qui ponitur per Auguſt. in. vj. ſue muſice.

De virtute temperantie in ſpeciali.

t Temperātia eſt in p̄auis delectationibus coercēdis. Diffinit aūt ſic ab Augu. in lib. de libero arbitrio. Tēperantia eſt affectio coercēs appetitū ab his rebus q̄ turpiter delectāt. ¶ Cui⁹ act⁹ aſſignāt̄r in via. Subtrahere ſe ab amore inferioris pulcritudinis: de q̄ Aug. in. vj. ſue muſice. Itē coercere cogitatiōes p̄uas: de q̄ in. iij. ſen. Itē libidinē refrenare: de q̄ Aug. ſup Gen. xij. Itē refrenare cupiditates ab his q̄ tpaliter delectāt: de q̄ Aug. de libero arb. ¶ Actus aūt patrie eſt nullo reſpectu noxio delectari: de q̄ in. iij. ſnia. Itē imaculatū manere: de quo Aug. in. vj. ſue muſice.

De effectu dictarum vir

tutum t an sint in patria.

Ste quattuor ꝑtutes hoiem ad vir-
i tutes theologicas habendas habili-
tant. His nihil valī est in vita dum
modo informētur charitate. Tūc em eque me-
ritorie sūt vite eterne sicut theologice. ¶An autē
he virtutes future sint in patria: dicit magister
in lib. sniar: q sic ꝑm aliquos eaꝝ actus vt ꝓz
per singulas iuxta supra tacta.

De ordine dictarum vir

tutum ad septē vicia capitalia.

Ltimo dicendū qualiter ꝑ has septē vir-
v tutes septē vicia capitalia expellant. Fi-
des em q mentē illuminat expellit sup-
biaz q cor excecat. Spes q gaudio futuroꝝ cor
letificat expellit irā q ꝑsentī miseria mentē ꝓtur
bat. Caritas q gaudet de primi ꝓsperitate de
let inuidiā q est odiū felicitatis alienē. Fortitu-
do ꝑ quā in actī virtes cōsurgim? expellit acci
diam per quā desidia tabescim?. Justicia q sua
vnicuiq tribuit: eliminat auariciā q aliena reti
net t rapit. Tpantia q excessum repmit expellit
gulā q modū excedit. Prudētia q ꝑm Augu. in
corruptionē corruptioni ꝓponit euacuat luxu-
riam qua corrūpitur corpus t anima.

Finit q̄rtus tractat? hui? libelli qui
est de explanatione virtutū.

Incipit tractatus quin

Z tus de septē petitionibz contētis in oratiōe dñi-
ca t eaꝝ expositione.

Ractatū de septē petitiōibus que in
t oratiōe dñica ꝓtinētur aliq ꝑm ordi-
nem hui? libelli ponūt: sz imediate
post tractatū de articulis fidei: t ante
tractatū de decē ꝓceptis legis. Dicvero q̄nto lo
co poni placuit. s. inter tractatū de septē virtuti
bus: t tractatū de septē donis spūsc̄ti: ea. s. cōsi-
deratiōe q in ipis septē petitiōibz sic in ipa oīo
ne dñica ꝓtētis effectualr: ipe septē ꝑtutes: ipa-
q septē dona spūsc̄ti peti videant. ¶Circa quē
tractatū ꝓmo videndū venit de efficacia modi pe
tendi q describit in ꝓhemio dicte oīonis dñice.
De distinctiōe t expositiōe ipaꝝ petitionū ꝑticu
lariter. De numero t sufficiētia eaꝝ. De ordine
eaꝝ ad septē vicia capitalia.

De efficacia modi peten

di contēti in ꝓhemio dicte oīonis.

Ater noster. Cū hec oīo a sapiētissimo:
p vtpote ab eo q est ipa sapiētia infinita:
et veracissimo vtpote ab eo q est fons et
origo tot? veritatis: cōdita sit. Patet q nihil ei
deesse potest: sive q ad petendi modū: sive quo
ad sufficientiā bonoꝝ petēdoꝝ. Modus aūt pe
tendi efficacissim? describit in tribz ꝓmis ꝓbis
petitiōes ꝓcedētibz: quibz ad mīam flectitur ani
mus patris misericordiaꝝ: ideoq ea his septem
petitiōibz ꝓmisit q̄si quoddā ꝓhemiū in q̄ oīdit
oratē in ꝓseq̄nter petēdis fore exaudiēdū. ¶Cū
em ad sufficientē agentē tria ꝓcurrere debeāt. s.
q sit sciēs volēs t potēs. In hoc q dicit pr: oīn-
dit eū scire t aduertere nīam. i. filioꝝ suoꝝ indi-
gentiā. iuxta illud Matth. vj. Scit em pr vr q̄
bis oībus indigetis. In hoc aūt q dicit nr: ostē
dit eū subuenire volentē: suis em oēs boni dili-
gēter subuenīūt: alioq̄n boni nō essent. Vñ. j. ad
Thim. v. Si q̄s gūt suoꝝ t maxime domestico
rū curā nō habet: fidē negauit: t est infideli dete
rior. In hoc etiā q dicit: q es in celis: oīndit ipm
potentē. Quia vt hr. j. Machab. ix. De celo for
titudo est. ¶Cū igit his ꝓbis oīderim? ipm sciē
tem nīam indigētiā: t subuenire potentē: neces-
sario flectemus ipm ad misericordiā. ¶Dit ergo.
Pater nr. Et hic stat hoc nomē pr essentialr siue
ꝓ essentia: et nō ꝑsonalr siue ꝓ ꝑsona. Dicitur
em isto mō de? pater oīum. Qō t adhuc pōt tri
pliciter dici. s. cōiter: ꝓprie: t magis ꝓprie. Cōiter
ꝑ creationē: t sic nō tm ꝑsona prīs: sed tota trini
tas dicit pater oīm: t nō tm electoꝝ. sed etiā per
uersoꝝ. Vñ Deut. xxxij. Populе stulte et insipiēs
nunq̄d nō ipe est pr tuus: q̄ possedit te: fecit te: t
creauit te? Proprie autē ōr pr per adoptionē: et
sic tm dicit pr bonoꝝ. Vñ ad Rom. viij. Accepi
stis spm adoptiōis filioꝝ: in q̄ clamam? abba pr.
Proprissime aūt dicit pater ꝑ gnationē t sic ꝑ-
sona prīs tm dicit pater vnigeniti filij sui. Duo
bus ꝓmis modis dicit pater nr tota trinitas: sz
tercio modo nō dicit pater nr deus: sed tm filij
sui. Et quo ꝑz q hec oratio nō dirigit ad ꝑsonā
tm: sed ad totā trinitatē. ¶Sequitur: qui es
in celis. Nō excludit tm per hoc q̄n sit vbiq. Et
q̄uis vbiq sit essentialr: potentialr: t ꝑsentialiter:
magis tm in celis dicit esse: q: vbi magis videt
relucere ꝓtus sua t opatio: ibi ōr potius esse q̄m
alibi. Sicut aīa licet vbiq sit in corꝑe tm magis
dicit esse in corde ꝑm aliquos: vel in capite ꝑm
alios: q: ibi nobiliores apparēt opationes siue.
Et hoc est quod dicit Augusti. de spū t anima.
Sicut deus vbiq totus est in toto mundo t in
oīi creatura sua: sic tota aīa in toto corꝑe suo
tanq̄m in quodā mūdo suo est: t in oīi eius ꝑte.
Intensius tm in corde t cerebro: quēadmodū
deus est t dicitur ꝑcipue esse in celo. ¶In his
autē septē petitiōibz oīe bonū generi humano
necessariū petitur. Ut em dicit glosa. Aug. Ni-
hil hominī deest quod his septē petitionibz non
cōtineatur: siue ad ꝓsentē: siue ad futurā pertī

neat vitaz. Petitur eñ in eis accessus oīs boni: tam creati q̄z increati. Item recessus omīs mali: tam. s. p̄sentis: preteriti q̄z futuri: vt patebit in ferius.

De effectu p̄me petitionis.

Prima ergo petitio est: vt cōfirmet in nobis noticia siue cognitio veri dei: q̄ habetur per fidē orthodoxā. Et hoc est qō dicit. Nomē tuū. i. noticia tua vel notamē tuū: sanctificet. i. confirmetur in nobis. Sanctū eñ idē qō firmū: z sanctificare idē qō cōfirmare est Scōm Pap. eñ dr̄ sanctū a sancio sancis: qō idē est qō cōfirmare. Quasi diceret: firmet in nobis per fidē veraz noticia tua: vt sicut tu semp in te firm⁹ es: q̄z eter⁹ z incōmutabilis: ita da q̄ te firmiter cognoscam⁹. ¶Uel nomē tuū. s. p̄nūtiatis quo p̄ nr̄ diceris: sctificet. i. firmet in nobis. s. vt filij tui p gr̄am semp maneam⁹. Uñ glosa. Oramus ne a sctificatiōe nois in aliq̄ discrepemus: ne p̄is nomē in filijs moribz z vita offendatur. ¶Uel nomē tuū qō in se venerabile z sanctū est sanctificet. i. sanctū in nobis ostendatur: sic q̄ sicut sanctū est in se ita nos sanctificet. Uñ glo. Nomē p̄is petimus sanctificari in nobis: nō vt ip̄m sanctus sit: sed vt in nobis augmentum sue sanctificationis operetur.

De effectu secunde petitionis.

Secūda petitio est q̄ petit regnū seu gaudiū futurū: siue etiā speciale dei regimen quo ad p̄sentē statū cū ait. Adueniat regnū tuū. s. in nobis. i. ad nos veniat. Uñ Augu. Per hoc desideriū nostrū excitam⁹ vt regnū suū nobis veniat: et in eo regnare mereamur. Et sigñater dicit adueniat. i. ad nos veniat: q̄z ꝓtute meritoz nostroz: et ꝓdigno ad ip̄m puenire nō possum⁹: sed optet vt gratuito ad nos accedat: vñ ad Ro. vj. Ō̄a dei vita eterna. Sic Mat. iij. Penitētiā agite appropinq̄bit eñ regnū celorum. ¶Uel sic regnū tuū. i. ecclia tua adhuc in terris militās. De quo regno Lu. xvij. Ecce regnū dei intra vos est. Adueniat. i. ad aliō regnū tuū veniat. s. ad ecclīam triūphantē. Uel adueniat. i. ad te veniat vt te videat p spēm sicut nūc videt per fidē. ¶Uel regnū tuū. i. spūale vel speciale regnū tuū: adueniat nobis: vt. s. in nobis p spēalē effectū regnare cognoscaris z capiaris. Uñ glo. Regnū dei semp p̄sto est: sed petimus vt veniat. i. vt manifestetur hominibus a q̄bus velut lux a cecis nō videtur.

De effectu tercie petitionis.

Tercia petitio est qua petim⁹ vt ꝓformis fiat volūtas nr̄a: volūtati diuine. Et est hec. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Sicut supple fit in celo ab electis. Hoc est da vt cōformes tibi fiam⁹ in terris: sicut cōformes tibi facti sūt sancti in celis. ¶Uel ꝑm alios. Uoluntas. i. voluntū tuū. s. illud qō vis fieri circa nos: qō spēaliter est iustificatio nr̄a. Uñ. s. Thes. iij. Hec est eñ volūtas dei sctificatio nr̄a. Fiat. i. adimpleat. Nō volūtas q̄dē i se qua fieri vis q̄z illa eterna est: nec in se aliter fieri p̄t: sed fiat p̄ executionē z effect⁹ adhibitionē: fieriq̄ cognoscatur. ¶Uel sic. fiat volūtas tua in terra. i. in homine q̄ terra est. Uñ Gen. ij. Formauit igit dñs de⁹ hoiem de limo terre. Et Eccli. xvij. Deus creauit hoiem de terra. Et iterz. Dis hō terra z cinis. Qō ꝓprie p̄t intelligi in hoie ꝓpter querēdo: sicut supple fit in celo. i. in hoie sctō iā conuerso z iustificato: q̄si dicat. Et cōuertātur mali et faciāt q̄ tibi placita sūt. s. iusta z bona opa: sicut facūt boni iā cōuersi. Que eñ intelligēda sūt de volūtate q̄ p̄cedūt a volūtate bñ placēti: q̄ semper bona sūt: et nō de his q̄ p̄cedūt de volūtate permissionis q̄ mala plerūq̄ fiūt. Nec eñ erit malum in ciuitate qō dñs nō fecerit. Amos. iij. Exponit etiā sic. Fiat voluntas tua in terra. i. in ecclesia sicut supple fit in celo. i. in christo: q̄ celū dicitur: q̄z in eo deitas celata est. Uñ Esa. xlv. Uere tu es deus absconditus.

De effectu quarte petitionis.

Quarta petitio est qua petitur temporale subsidiū ad sustentationē vite. Et est hec. Panē nostrū quotidianū da nobis hodie. Q̄z aūt hec petitio p̄rineat ad corpalē necessitatē specialiter testatur Ebrar. sup Matth. ita inq̄ens. Quia hoibus loq̄batur carne indutis z necessitati nature subiectis: docuit subsidium peti nature infirmati. Dicit igit. Panē nostrum quotidianū. i. corpalē vel vsualē. i. nobis quotidie necessariū. Uñ Matth. vj. loco q̄tidianū habetur supsubstātialē. Ante eñ p̄cēm fuit panis: id est cibus hominū substantialis: sed post p̄cēm fact⁹ est sibi supsubstātialis. i. necessari⁹ ad hoc vt sustentet in vigore. Uñ nec p diē naturalē sine lā guore virū p̄t hō eo carere. Et iō subdit: da nobis hodie. Et ponitur hic panis pro oī genere sustentamēti corpis. Uñ panis dr̄ a pan q̄ est totū ꝑm Isi. ¶Exponit etiā de pane spirituali. s. de corpe xp̄i seu de eucharistia: sic. s. panē nostrū: xp̄m. s. vel eucharistiā q̄ verissim⁹ panis est: z efficacissim⁹ aīe cib⁹. Joh. vj. Ego sum panis viuus q̄ de celo descēdi: q̄tidianū. i. quotidie necessariū: da nobis hodie. ¶Sed nūq̄d ꝑm hō debet q̄libet de ecclia q̄tidie cōicare? Dic

q̄ tripliciter ꝓngit cōicare. s. corpaliṫ seu sacramentaliter tm̄: z isto mō cōicant mali qñ in pctō mortali sumūt corpus xp̄i. Itē spūaliter tm̄ fez credēdo sacrm̄. Credere em̄ est spūaliter mādū care: sm̄ illud Aug. Crede z māducasti. Et isto mō cōicant q̄ndie oīes boni. Itē corpaliter seu sacramētaliṫ z spūaliter: z isto mō cōicant q̄ndie boni sacerdotes q̄ celebrāt: et alij boni de eccl̄ia dū cōicant. Qō q̄libet xp̄ianus debite etatis teneṫ facer admin⁹ semel in āno. s. in pascha. ¶ Sz cū cōpleta refectiōe corpali vel spūali habeam⁹ qō in ista petitiōe petim⁹: vt q̄d post prādiū istā oratiōnē iteram⁹? Ad qō dr̄ q̄ sensus huⁱ⁹ petitionis duplex est. s. vt panis dcr̄ z vt in cōmed ētis nutrimētū nō aūt in detrimētū ꝓuertaṫ. Et rōe p̄mi habz locū hec oratio añ susceptionē cibi. Rōe vero scōi habet locū post susceptionē.

De effectu quinte petitionis orationis predicte

In quarto igiṫ p̄cedētibꝫ petitionibꝫ pe
i titur accessus oīs boni. In tribꝫ vero sequētibꝫ ponit amotio oīs mali. In hac igiṫ quinta petitiōe petim⁹ absolui a malo p̄terito. Et est hec. Dimitte nobis debita nr̄a. i. pctā q̄ nos pene debitores ꝓstituūt. Sicut z nos dimittim⁹ debitoribꝫ nostris. Quasi dicat. Sic te velis bñe ad nos in debita nr̄a dimittēdo: sicut nos habem⁹ nos ergā debitores nr̄os q̄bus debita dimittim⁹. ¶ Et intelligas q̄ hec oratio p̄fertur in p̄sona tot⁹ eccl̄ie: q̄ in bonis stat: q̄ peccātib⁹ in se debita dimittūt. Alioq̄n si in p̄sona sua intentionē imputādo diceret pctōr in se peccātibus nō dimittēs mētiret: sibimet ipr̄ecās malū sm̄ qō dicat Augu. Si nō dimittis mētiris: z ei mētiris quē nō fallis. ¶ Sed sm̄ alios istud in pctōre videtur posse saluari oratio iuxta posit̄m modū: p hoc q̄ dr̄ nos z dr̄ nobis supponāt pro diuersis. Et hic sit sensus. Dimitte nobis infirmis debita nr̄a: sicut z nos boni z pfecti dimittimus debitoribꝫ nr̄is. ¶ Sed istam expositionē vt nimis errorā credo derelinq̄ndam. Expone sic igiṫ. Dimitte nobis debita nr̄a. i. pctā q̄ nos cōstituūt debitores. Vel debita nr̄a. i. penas nobis p̄ dictis pctis nr̄is debitas: cōmutando saltē eternas quas peccādo meruim⁹ in tpales: sicut z nos dimittim⁹. i. iuste dimittere debem⁹ debitoribꝫ nr̄is: vt saltē eos nolim⁹ vel hic vel in futuro obligari: cū aliq̄d. s. fecerint quare obligare desierint: vtpote cū satisfecerint si possint: vel saltē cū petierint veniā si nō possint. ¶ Ūñ ħ nota q̄ dupliciter ꝓngit alicui dimittere. Uno mō dimittēdo rancorē: sic. s. q̄ nec malū inimici velis ꝓcurari: nec eius bonū minui: bene tm̄ velis illud qō in te deliq̄t aliquaten⁹ satisfieri. Et ad hoc tenētur oēs indifferēter: q: hoc oīno p̄ceptū est saltē sub intellectu. Alio mō dimittere ꝓngit nō solū dimittēdo rancorē: sed oīno sine satisfactiōe iniuriaꝝ sine q̄ restitutione rerū: nec nō sine interuētu p̄cū oīa dimittere: ac ex puro cor̄de diligere: z ad hoc tenētur tm̄ pfecti: q: isto modo solum consiliū est.

De effectu sexte petitionis.

Sexta petitio est respectu amotiōis mali A
s futuri: in qō varijs tpibus ex carnis mūdi z demonis tēptatiōibus maidere formidamus. Et hec est. Et ne nos inducas in tēptationē. Quod intellige p̄missiue. i. nō i duci sinas in tēptationē: hoc est: ne p̄mittas nos succūbere tēptationi. Aliud est em̄ in tēptationē duci z aliud induci. In tēptationē em̄ ducit qui a tēptatione pulsatur: sed nō deiciṫ. In tēptationē vero inducit qui a tēptatōe pulsatur: eo q̄ a gr̄a nō suppor̄taṫ: sed sibi relinq̄tur: a tēptatiōe frangitur z absor̄bet. ¶ Quia ergo nō est malū a tēptatione ꝓbationis vel etiā suggestionis duci: quinimo est occasio exercēde ꝓbitatis: q: beatus vir q̄ suffert tēptationē. Jaco. j. Non petim⁹ hic vt nō ducamur in tēptationē: sed ne iducamur .i. ne interi⁹ inducamur z succūbam⁹. Uñ glo. Non p̄camur nō tēptari: sed nec etiā modicū a tēptationibꝫ vinci. Tēptatio em̄ necessaria ē ad coronā. ¶ Et cū duplex sit tēptatio. s. ꝓbationis z suggestiōis: nō dicit deus p̄prie inducere in tēptationē suggestiōis: q: vt dicit Jaco. j. Ipe em̄ deus neminē tēptat. Sed tō (vt dicit Augusti.) dr̄ aliquē inducere in tēptationē: nō q: ipe induceit sed q: aliq̄ñ induci p̄mittit: vel saltez q̄ inducamur nō impedit.

De effectu septime petitionis.

Septima z vltima petitio ē respectu amo
s tionis mali p̄sentis siue instantis. Uñ glosa ordinaria sup̄ isto passu Matth. vj. Sed libera nos a malo. In illam que nōdū est supple tēptationē ne nos sinas induci: quod intelligē petitione p̄cedenti petitū est: z ab ea in quā inducti sumus libera nos. Et hoc est quod dicit. Libera nos a malo: tā. s. visibili q̄ invisibili: z tam pene q̄ culpe. Unde simpliciter dicit a malo nihil determinādo: dans hoc de oīni malo intelligi posse z debere. Unde sic intelligēdo petit a motionē oīs mali instantis. Est aūt quadruplex malū. Unū originale: aliud actuale: qō est duplex. Nam aliud est mortale: aliud veniale. Quartū malū est: pena petiñ consequēs. Primum aūt malū est innatū: duo sequēntia sūt malum additū. Quartū est malū inflictum. Et ab oīnibus bis penitus liberari: dum in persona

ecclie orantes ⁊ loquētes dicimus. Sed libera nos a malo ⁊c.

De numero et sufficiētia

predictaꝝ petitionū.

B n Umerus vero ⁊ sufficiētia p̄dictaꝝ petitionū sic accipit. Oīne qđ rationabiliter peti p̄t: aut est collatio bōi: aut amotio mali. Si est collatio boni, aut boni increati: scilz dei: aut boni creati. Si est collatio boni increati hoc p̄t ee dupliciter. Uel ſ. vt p̄ verā fidē cōfirmetur eī notitia in nr̄o aspectu: ⁊ hoc petit ibi. Sanctificet nomē tuū. Uel vt sua volūtas confirmet in nr̄o affectu: ⁊ hoc petitur ibi. Fiat voluntas tua ⁊c. Si vero petit collatio boni creati: hoc iterū p̄t esse dupliciter. Uel ſ. vt cōferat bonū eternū: vt est regnū celoꝝ. Et hoc petitur ibi. Adueniat regnū tuū. Uel vt p̄feratur bonū tpale ad sustentationē. Et hoc petitur ibi. Panē nostrū quotidianū. ¶Si aūt fiat petitio p̄ amotione mali: hoc p̄t esse triplr. Uel ſ. vt amoueat malū p̄teritū siue in p̄terito cōmissuz. Et hoc petitur ibi. Et dimitte nobis debita nostra. Uel petitur vt amoueat malū futurū. Et hoc petit ibi. Et ne nos iducas in tēptationē. Uel petitur vt amoueatur malū p̄sens. Et hoc petitur ibi. Sed libera nos a malo.

De ordine ipsarū petitio

num ad septē vicia capitalia.

n Unc videndū venit qualiter in his septē petitionibo cohiberi p̄tūr septē capitalia vicia. ¶In p̄ma igitur petitione cohibetur superbia. Superbi eī nō sctificāt nomē dei sed nomē suū p̄prīū: ſm qđ dicit p̄s. Uocauerūt nōia sua in terris suis. ¶In scđa petitiōe elidit inuidia: q̄ est dolor alieni boni: que nō desiderat vt p̄mo adueniat bonū sed potius malū. Et ecōtrario in ista petitione petitur ꝓmune oīum bonū. ¶In tercia petitiōe resecat ira: que volūtatem dei nō sequitur sed p̄prīū impetū: ⁊ econtrario in ista petitiōe petitur volūtatē dei fieri. Uel aliter ſm aliquos dici p̄t qđ in scđa petitiōe elidit ira q̄ bonū homini nō potuit euenire. Ibi eī aduenire petitur. Et tunc in tercia resecatur inuidia q̄ spēaliter sequitur volūtatē: vt dicit Iero. Et nullū ꝑticulū in dicta petitione orat. Et ſm istū scđm modū ponendi ordinātur petitiones ad vicia in scđa tabula per aliquos circa hec cōfecta. ¶In quarta aūt petitiōe expellitur accidia. Ibi eī petitur robur tā spūale q̄ corpale: qđ cōfertur in pane corpali ⁊ spūali: qđ quidē euacuat accidiā: q̄ est ignauia ⁊ tediū vite. ¶In quinta petitiōe elidit auaricia: que est inmoderatus amor congregādi ⁊ retinēdi tēporalia. ¶Unde ⁊ debita semper exigit nec dimittit. Cuius ꝑticulū ibi petitur ⁊ offertur. ¶In sexta petitiōe extirpat gula: ex qua ortū habuit p̄maria bois tēptatio: cū ibi petatur amotio tēptationis future. ¶In vltima petitiōe resecatur luxuria q̄ spēaliter semp habet secū malū: tam corporis: qđ ipa debilitat: q: q̄ fornicat in corpus suū peccat: q̄ etiā spūs: cui⁹ vires enecuat: cū ibi petat amotio oīs mali p̄sentis.

Finit.

Incipit tractatus sex

tus de septē donis spūſcī: ⁊ cor declaratione.

C p Ostmodū de donis spūſancti sub cōpendio agēdū est. Ubi p̄mo dicendū erit: vtrū idē sint qđ septē virtutes denominate. Et si nō in quo ab eis differunt. Quot sunt dona: et que sint. Deinde de singulis donis in se aliqua tangēda erunt. Postremo qualiter per ipa dona excludūtur septē peccata capitalia.

Vtrū septē dona spūſcī

sint idem quod septem virtutes. Et in quo differunt.

o Dniū autē fere opinio est q̄ dona nō sunt virtutes. Sed dīntiā inter virtutes ⁊ dona assignādo magna est diuersitas. ¶Quidā eī dicūt q̄ virtutes p̄cipalr sunt ad agendū: et q̄ ideo diffinitur per actus ⁊ operationes suas. Dona vero p̄cipaliter sunt ad resistendū tēptatiōibo: q̄ vītaz habuit p̄tus impugnāt. ¶Alij sic dicūt ⁊ dicit q̄ virtutes simplr sunt ad agendū: sed dona sunt ipaꝝ expeditiōes virtutū: ⁊ sic sūt ad magis expedite agendū. ¶Sunt alij q̄ distinguūt dicentes q̄ in donis illa q̄ p̄tinēt ad affectū sunt virtutes. Illa vero q̄ p̄tinēt ad aspectū rōnis sunt p̄prie dona. Et hi soluunt facile q̄ ex vtraq; parte obiecta possunt. ſ. vtrū sint virtutes vel nō. Et qz opinio media initur sententie beati Gregorii a pluribus p̄habilior habetur.

Quot sint dona spūſcī

cti: ⁊ que sint.

q Uot ⁊ q̄ dona sint patz per Esa. xj. c. vbi tangunt septē dona spūſcī hoc ordine Requiescet sup eū. ſ. xp̄m spūs sapiētie ⁊ intellect⁹: spūs cōſilij ⁊ fortitudinis: spūs sciētie ⁊ pietatis: ⁊ replebit eū spūs timoris dñi. Duo aūt p̄ma digniora sunt q̄ regūt vītā p̄tēplatiuā: scz sapiētia ⁊ intellectus. Alia aūt q̄nq; sufficienter regūt vītā actiuā. Et ſm hoc sumit ab aliq̄bus numerus ⁊ sufficientia ipoꝝ septē donoꝝ: sic. ſ. Haz aut ipa dona que (vt tactū est) sūt quedam ipaꝝ expeditiones seu p̄fectiones virtutuz ipam virtutē perficiūt respectu vite p̄tēplatiue

vel respectu vite actiue. Si respectu vite ꝓtēplatiue q̄ circa diuina ⁊ celestia ꝓsatur: aut ipam virtutē ꝓficiūt per modū cuiusdā experiente ⁊ gustꝰ et hoc fit p donū sapie: aut per modū cuiusdā intime inuestigatiōis ⁊ speculatiōis: ⁊ hoc fit p donum intellectꝰ. Si respectu vite actiue q̄ circa agibilia ꝓsatur. aut ꝓficiūt ipam ꝓtutē q̄tuz ad recessum a malo: ⁊ hoc fit per donū timoris: aut ipam ꝓtutē ꝓficiūt q̄tū ad operationē boni: ⁊ tūc vel boni ad qđ oēs tenētur: et qđ est in cōmuni operatione. Uel boni ad qđ nō oms tenētur: vt est bonū arduū. Si q̄tum ad operationē bom ad qđ oēs tenētur: hoc ꝓtingit dupliciter. Hā vel donū in tali operatione ꝓtutē ꝓficit tanq̄ ipm operē exequēs. Et tūc est donū pietatis: vel tanq̄ ipm opus regēs ⁊ dirigēs: ⁊ tūc est donū scientie. Si q̄tum ad operationē boni ad qđ nō oēs tenētur hoc itez ꝓtingit dupliciter. Hā vel donū in tali operatione ꝓtutē ꝓficit tanq̄ opus ipm arduum exequēs: ⁊ tūc est donū fortitudinis. Uel tanq̄ ipm opus arduū regēs ⁊ dirigēs: ⁊ tūc est donū ꝓsilij. ¶ Aliter p alios sunt septē numer⁹ ⁊ sufficientia p̄dictoz donoz. Sm alios tpoz donoz rōnes: ⁊ hic insererevisum est cā breuitatis non expedire. ¶ Nota insup q̄ illud donū qđ in p̄dicta Esa. assignatiōe vltimo loco ponit. s. donū timoris: est primū in ascēdendo: iuxta illud ps. Initium sapiētie timor dñi. A quo timoris dono sit quid ā p alia dona gradalis ascēsus. Hoc em timor ꝓcept⁹ gelidus foret aut arduus: sequtur donus pietatis q̄ ad oia valis est. Et ne pietas ipa nimis remissa: aut nimis ꝓdiga: aut aliquo mō inordinata esset: adūgit ei donū scie: q̄ opa pietatis regat vt discrete fiant. Et ne scia invalida foret: addit ei donū fortitudis: vt qđ aliqs p sciē tiam bene facere nouit: per fortitudinē exeq̄ facto possit. Et ne fortitudo ꝓsumptuosa vel impetuosa esset: adūgitur ei donum cōsilij: quo regi possit opus fortitudinis et debito mō. cōprimi q: sm Bre. fortitudo sine ꝓsilio ꝓcipitat. Et ne cōsiliū incautū foret: adūgitur ei donū intellectus: q̄ est cognitio bonoz spūaliū: quo cōsiliū in ipa spūalia dirigi possit. Et vt intellectꝰ mō debito tēperet ⁊ ordinetur datur ei sapia q̄ est cognitio per gustū diuine dulcedinis. Que sapientia a sapore nō a sapere dicta est.

De dictis septē donis in speciali. Et ꝓmo de dono timoris.

D

Unc breuiter de singul donis in se aliq̄ tangēda sūt. Et ꝓmo de dono timoris, vbi ꝓmo dicēd. Quid sit timor. Deinde quot sunt eiꝰ spēs. Et que earū sit donū.

Quid sit timor et quot sunt eius species.

Imo: sm Aug. sup Job. sic diffinitur.

t Timor est fuga animi ne perdat qđ diligit. Idē in li. de ciui. dei. Timor est affectio vel amor fugiēs qđ ei aduersat. ¶ Species aūt timoris ponūtur sex. Est em timor mūdanꝰ humanꝰ: naturalis: seruilis: initialis filialis. Timor mūdanꝰ est quo q̄s timet amittere q̄ mūdi sunt: et ideo nō peccat si ea amittat. Humanꝰ ē quo q̄s ex deliberatiōe tm̄ timet penā sui corpis. Naturalis ē quo q̄s naturaliꝫ timet mortē siue horribile aliq̄d aī deliberatione rōnis: q̄ timor viciosus nō est sicut duo porci. Seruilis est q̄ q̄s offendere timet tm̄ ne incurrat penā gehēne. Iste aliquātulā hz valitatē: qz frequēter introducit charitatē: sicut seta introducit filū sutoris vt ꝓbibet Aug. Initialis est q̄ q̄si duplicē habz oculū seu respectū: vnū ad fugā pene: aliū ad amorē glie. Seruit em deo ꝓtim timore gehēne: ꝓtim amore glie vel iusticie. Filialis siue castus est q̄ timem⁹ ne ꝓpius aic nr̄e sponsus aut tardet: aut discedat: aut aliq̄tul⁹ offendat. Hic ē timor sctus q̄ manet in sc̄m seculi: q̄ alio noie ōz reuerētialis. Quis aūt timoz istoz sit donū spūs sancti ꝓz: q: nec timor mūdanꝰ: nec timor hūanus q̄ simplr malu babēt: nec naturalis q: donum est quidē diuinit⁹ infusus: nō innatus: timor vero naturaliꝫ innat⁹ est. Hec seruilis timor ꝓprie tamē sumendo donū nūs gr̄aliter sumeret sicut gr̄aluer ꝺz donū de oibus q̄ dant a deo: ⁊ sunt sup̄ natur̄ ad ordinādū: aliquo mō vitam in bonū gr̄e: sicut ⁊ fides infozmis dici pōt donum deus: sed initialis timor ⁊ castus siue reuerētialis ꝓprie dicant donū spūs sc̄i. Cōcedūt tamē aliq̄ simplr q̄ timor seruilis sit donū spūs sancti: ⁊ tm̄ negāt q̄ simul insit cū spūsancto. Quod qualiter esse possit nō video.

De secundo dono spūs sancti. s. dono pietatis.

Equitur de dono ꝓmo qđ est in ascendendo. s. de dono pietatis. Ubi ꝓmo videndum quid sit: quot modis dicatur. et sm quē modū sit donū spūs sancti. Diffinit aūt sic pietas ab August. Pietas est cultus dei: quā greci eusebiā vocāt. Itē Bre. sup Job. Pietas est q̄ docet opus misericordie. Scōm Tullū in fine ꝓmi sue rhetorice. Pietas est benivolentia in parentē. Magistralis vero diffinitio hec est. Pietas est et benigne mentis dulcedine oīum⁹ auxiliatrix affectio.

Quot modis dicatur pietas.

Icitur aūt pietas multis modis. Quōq̄ motus ipius affectionis tendēs in deū et sic dicit pietas cultꝰ dei: et sic est in gē

nere ꝓtuis q̃ est latria. Qñq; ó: mot⁹ affectiõis tendẽs in eũ imaginé. s. in boiem: ꝛ hoc põt esse triplr: vel ille mot⁹ affectiõis tendit in imaginẽ dei q̃ ẽ sibꝫpi p̃ sanguinẽ ꝓiũcta: ꝛ sic est benuolentia in parẽtes: ꝛ ẽ spẽs iusticie natural. Qñq; etiã ó: affectio tendẽs in imaginẽ dei. i. in boiez tanq; miserũ oppressum: ꝛ sic pietas est q̃ docet opa misericordie: vt dicit Bre. ꝛ sic poñ⁹ ꝓtus ẽ q̃ donũ. Qñq; etiã est affectio tẽdẽs in imaginẽ dei: nõ q̃dẽ inq̃tũ est sanguie ꝓiũcta vel miseriꝫ oppꝛssa vt sic ꝫ motu q̃dẽ gñali. s. inq̃tũ est imago dei: ẽ inq̃tũ est rõnalis creatura. Et tunc ꝓprie ó: donũ spũssancti qđ habilitat ꝛ expeditam reddit boiem ad babẽdũ se benuolentẽ seu benuolũ ad rõnalẽ creaturã. s. ad quẽlibet boiem siue indigẽtẽ siue nõ indigẽtẽ. Et sic maxime ei ꝓuenit ista diffinitio mgr̃alis ꝑus posita. Scõz ꝑmũ modũ diffinit ab Aug. Iuxta scõm modũ diffinit a Tullio. Scõm tertiũ modũ diffinit a Bre. Et ꝑm q̃rtũ modũ diffinit a magistris: qz illo mõ est ꝓprie donũ spũssancti.

De tertio dono spiritus

sancti. s. de dono scientie.

E dono autẽ scie duo videnda sunt. s. q̃d
d sit. Et in quo differt a dono sapiẽ: a quo ꝑm Aug. distare nõ videt. Qñ scia ꝓprie donũ est sic diffinit. Sciẽtia est lumẽ spũale acceptũ a deo: in quo videtur rõnes opabiliũ pertinentiũ ad vitã: p q̃s recte ꝛ meritorie viuam⁹: sicut dicit aplus ad Titũ. ij. Abnegãtes oẽm impietatẽ ꝛ secularia desideria sobrie ꝛ iuste viuamus in hoc seculo. Uñ sicut fides est illuminatio quedã ad credibilia: ita donũ scientie est illuminatio quedã ad opabilia.

In quo differt donum

scientie a dono sapiẽtie.

Icitur autẽ in hoc a dono sapientie differre: qñ sapiẽtia est cognitio quedã diuina per gustũ: scientia aũt est lumẽ qdam diuinũ ad operabilia ꝓnẽtia ad hanc vitam. Unde sicut dicit mgr̃ in li. s. ñia ꝛ. Scientia docet bene ꝓuersari in medio huius ꝓtue ꝛ ꝓuerse nationis. Et hoc satis videt cõsonare verbis. August. qui dicit q̃ sapiẽtia est de eternis. Scientia vero de temporalibus.

De quarto dono spũssã

cti. s. de dono fortitudinis.

p Ost hec de dono fortitudis dno etiã dicenda sunt. s. quid sit ꝛ qualiter differt a fortitudine ꝓut fortitudo est virtus.

Quid sit fortitudo et quo

modo differt a fortitudine ꝓout est virtus.

Ecundũ aũt q̃ fortitudo est donũ sic notificat. Fortitudo est affectio animi q̃ cupiditas terrena deprimit: nullaq; aduersitas formidat. Et videt hec notificatio sumi ex ꝓbis Aug. in li. de spũ ꝛ aĩa: et in. v. li. sue musice. ¶ Differt autẽ a fortitudine ꝓut est virt⁹: licet vtraq; sit circa difficile ꝛ arduuz. Qñ fortitudo ꝓut est ꝓtus sustinet piculũ: qñ. s. necesse pati vl a bono virtutis cedere: sicut qñ queritur fides vel iusticia: vel libertas patrie: vel bonũ. Sed fortitudo ꝓut ẽ donũ se gratis ꝛ ex abũdanti illi statui offert in quo talia sepe q̃runt: vt est statꝰ ꝓfectionis cõsilioꝝ. Si aũt dicat q̃ ꝑm B nõ haberent donũ fortitudinis nisi tñ ꝓfecti: et q̃ sic habita vna gfa grauficãte nõ oẽs haberẽtur? Dico q̃ nõ est vez: nec ex ꝓdictis seq̃tur: qñ ꝓfecti illud donũ habẽt in actu: oñs vero in charitate exĩtẽtes hñt in habitu. Uñ q̃ imꝑfect⁹ est hz in habitu. Uñ opus ꝓfectionis facere põt q̃ vult.

De quinto dono spiri

tussancti. s. de dono cõsilij: ꝛ quid sit.

Ostremo de dono ꝓsilij dno simili videnda sunt. s. q̃d sit. Et q̃liter sit donũ cũ in
p ꝓpo nõ videat fuisse in q̃ tñ sunt ꝛ fuerũt oĩa dona. ¶ Diffinit aũt sic a Tullio in rhetorica sua. Cõsiliũ est faciẽdi vel nõ faciẽdi vere cogitata rõ. Sz hec diffinitio nõ videt ꝓuenire cõsilio ꝓut est donũ: nõ aliq; cõrigũt eũ sic. Cõsiliũ est faciẽdi vel nõ faciẽdi vere excogitata rõ: ea ꝙ sez rez in qbꝫ ꝓpter arduitatẽ indiget q̃s adiuto. Uñ ꝓsiliũ ꝓut hic sumit: nõ est de dubio sed de arduo: ad qđ ꝓpter difficultatẽ nõ oẽs tenentur. De reliq̃ dic q̃ isto mõ vltimo cõsiliũ est donũ: ꝛ q̃ verissime ẽ donũ fuit in ꝓpo sicut ꝛ cetera dona fuerũt ꝛ semp erũt. Uñ ꝓsiliũ ꝑm q̃ ponit dubitationẽ ꝛ circa eã q̃rit ab aliq̃s certificationẽ nõ fuit in ꝓpo q̃ certissime oĩa nouit: quia nec sic est donũ spũssci. Sz ꝓsiliũ qđ est lumen ĩmissuz a spũsancto oĩa dubia dissoluẽs: ꝛ indubitanter in aggressionẽ arduoꝝ dirigẽs: q̃ deꝰ ad statũ ꝓfectionis ꝓmouere ꝓpauit: sic est donũ. Et isto modo fuit in christo.

De sexto dono spiritussã

cti: sez intellectꝰ.

Equitur de dono intellectus. Circa qđ
f attendendum ꝓmo quid sit: deinde qualiter differt a sapientia. Diffinitur autẽ sic ab August. in sermone quodã suo de timore. Intellectus vocatur quo ab oñi infirmitate carnali cor̃da mundãtur: vt pura intẽtio dirigat in finẽ suum. s. deum. Est intellectus quoddã lumẽ spirituale infusum ad cognitionem dei in creaturis. Differt autem a dono sapientie: quia sapientia est cognitio per gustũ. Est eñ quoddã lumẽ

sub quo vel in q̃lo vident ⁊ gustant diuina p̃ exp̃imẽtũ. Ũ sapiẽ⁹tia ꝑ̃ est donũ: est ꝑ̃ie gustus dei in donis suis. Intellect⁹ aũt nõ est p̃ gustũ: sed po⁹ est lumẽ q̃dã datũ a deo ad cognitionẽ dei in creaturis illius: in q̃bꝫ resultat de⁹ p̃ gr̃am. Uel in illis in q̃bꝫ habet resultare p̃ gratiã ⁊ gloriam. Unde intellectus est donum quo ꝑ̃uite cognoscum⁹ dispositiões celestiũ: p̃ easq̃ tendimus in deũ sic disponentẽ.

De septimo dono spiritussancti scz sapiẽtie: ⁊ quid sit.

d Enicz de dono sapiẽtie dicẽdum est. Et q̃m ex supi⁹ dictis in ꝑte ptz q̃d sit: ⁊ q̃liter se hz ad donũ scientie ⁊ ad donũ intellect⁹: nõ suffic̃ h̃ ponere ei⁹ notificationẽ. Scõm aũt Aug. sic diffinit: Sapiẽtia est cognitio rez diuinaz. ¶ Itẽ ex li'a. iij. lib. sen. Sapiẽtia ad solius eterne ꝓpitatis cõtẽplationẽ ⁊ delectationẽ ꝑtinet: ꝑq̃z cñ creatoꝛ ꝓspicit: ⁊ q̃ semp ⁊ incõmutabiliter manet: q̃ deus est. Bꝛeg. sic diffinit: Sapiẽtia est donũ spe ⁊ certitudine eternoꝝ mẽtẽ reficiẽs. Que diffinitio dic̃ opationẽ eius ꝑpriã: q̃ est mẽtẽ p̃ gustũ reficere: q̃ sonat nomẽ eius. Sapientia cñ a sapoꝛe dicta est.

Quõ per septez dona spiritussancti excludunt septẽ vicia capitalia.

v Primo dicẽdũ est q̃liter p̃ septẽ dona excludunt septẽ ꝑcã capitalia. Et sciendũ est q̃ timoꝛ (q: p̃ eũ q̃s se deꝑimit ne super alius se extollat) excludit supbiã: q̃ sup alios se extollit. Pietas q̃ sibi illatas remittit iniurias expellit irã: q̃ vindicari q̃rit. Scientia q̃ mẽtẽ illuminat: euacuat inuidiã: q̃ mẽtẽ excecat. Fortitudo q̃ excellit in arduis: pellit accidiã q̃ torpet in imis. Cõsiliũ q̃ docet p̃ trãsitoꝛ̃s eterna mercari remouet auariciã q̃ in terrenis ⁊ p̃ terrenis tm̃ q̃rit negociari. Intellect⁹ q̃ ꝑ̃ delectamur in bonis spũalibꝫ excludit gulã q̃ vane ⁊ misere delectat in carnalibꝫ. Sapiẽtia p̃ quaz pure delectamur ĩ deo extirpat luxuriã: q̃ quis impudice in suo misero coꝛpoꝛe delectat.

Finit tractatus septimus huius cãpẽdij de septem donis spũssancti.

Incipit tractatus septimus de octo beatitudinibꝫ ⁊ earũ explanatiõe.

B a Unc breuiter restat aliq̃d de octo beatitudinibꝫ dicere. Et ꝓmo q̃d dicatur bꝛitudo. s. an ipsa virtus: an id q̃ ꝓmittit: vt gr̃a exẽpli respectu ei⁹ q̃ dicit ꝛ̃ps: Beati pauꝛes spũ: q̃m ipsoꝝ est regnum celoꝝ: an bꝛitudo sit ipsa paupꝛtas vel ꝓmissio regni: Qualit̃ se habeãt ad dona ⁊ ad virtutes Quare vltima bꝛitudini idẽ ꝓmiũ reddat: sic ꝑme. Deinde de q̃libet bꝛitudie in se q̃d est ⁊ q̃liter ⁊ cũ q̃ dono ꝓueniat: ⁊ cui vicio capitali ꝓtranet.

Quid dicatur beatitudo an. s. ipsa virt⁹ vel id q̃ ꝓmittit.

Eiendũ est aũt q̃ bꝛitudo dupliciter est: scz vie ⁊ patrie. ¶ Beatitudo autẽ vie ꝓsistit in ꝑfecta euacuatiõe vni⁹ miserie. s. culpe: ⁊ q̃ ad essentiã: ⁊ q̃ ad occasiões. Unde q: iste virtutes de q̃bꝫ infra: euacuãt cul pã ⁊ culpe occasiões: disponuntq̃z ad bꝛitudinẽ patrie: iõ dicũtur bꝛitudines. Bꝛitudo aũt patrie cõsistit in oĩmoda euacuatiõe vtriusq̃z miserie. s. et culpe ⁊ pene. Et isto mõ dicunt ꝓprie bꝛitudines ꝓmia ꝓdictis virtutibꝫ rñdentia. Sicut est illõ: Ipsoꝝ est regnũ celoꝝ. Uel illud: Ipi saturabũtur tẽ. Et sic varia rõne ⁊ ꝓsideratiõe potes dicere q̃ virtutes ille sunt bꝛitudines. Et q̃ sibi ꝓmia eis corrñdentia beatitudines sunt.

Qualiter se habeant beatitudines ad dona ⁊ ad virtutes.

q Ualiter aũt se habeãt iste bꝛitudines ad dona ⁊ ad virtutes? hoc scito q̃ ꝑ̃ glo. sup̃ isto passu. Matth. v. p̃ ꝑtutes ad dona: ⁊ p̃ dona ad bꝛitudines ꝓueniũt. Ũ virtutes dicũt initiũ opatõis bone: ⁊ euacuationẽ culpe q̃ ad essentiã: dona aũt dicũt bonũ ⁊ expeditũ p̃ gressum: q: donũ expeditũ reddit actũ virtutis vt expedite opet. Bꝛitudines aũt dicũt ꝓfectiones siue terminũ q̃tinus in via h̃ri põtest vt oẽm culpã euacuet: ⁊ oẽm culpe delectationez. Et bonuz delectabiliter opet q̃tũ facere possibile est viatoꝛi. Et ideo dicunt iste bꝛitudines virtutes purgati animi. Quia. s. aiam purgant vltima purgatione viatoꝛi possibili.

Quare vltime beatitudini idem reddit ꝓmiũ sicut ꝓme.

v Ultime aũt bꝛitudini idẽ ꝓmiũ reddit q̃d ⁊ ꝓme sed nõ eadẽ rõne. Quia regnũ celoꝝ duo in se cõpl̃ẽdit. s. exaltatiõz ⁊ abũdãtiã. In bꝛitudine aũt q̃ ꝓma ponit: q̃ ẽ paupꝛtas spũs: est sũma rez abdicatio sive abiectio: ⁊ iõ ꝓmittit ei regnũ in q̃ntũ dic̃ abũdãtiã. In bꝛitudine ꝯo q̃ vltima ponit: q̃ est ꝑsecutiõz pati ꝓpter iusticiã: ẽ sũma delectio: ⁊ iõ ꝓmittit ei regnũ in q̃ntũ noiat exaltatiõz. Ũ q̃nis regnũ celoꝝ oĩbus bꝛitudinibꝫ debeat: istis tm̃ soli ꝓmittit: q̃a p̃ q̃ndã appꝛopationẽ istis magis debet.

De bꝛitudinibus in speciali. Et cũ q̃ dono ꝓueniãt. Et ꝓmo de ꝓma.

D U Nc attendendũ est ad aliqualẽ singularem determinationẽ. Prima igit̃ virt⁹ seu beatitudo est paupꝛtas spũs que ad-

aptat dono timoris. Et expellit superbiã cui contrariat: eo q̃ pauperes spũs ꝑ humilitas sit. Huic beatitudini in p̃miũ p̃mittit regnũ celorũ. ¶ Et nota q̃ pauperes h̃ ꝺr abdicatio tpaliũ fm rem et fm voluntatẽ. Quia cũ beatitudines ꝓfectã dicant pcti exclusionẽ: tam quo ad pcti essentiam q̃ quo ad peccati occasionẽ: cum abdicatio solum fm voluntatẽ nõ sit euacuatio ꝓfecta occasionis peccati: qr est alia valior q̃ magis occasionem peccati euacuat. s. illa que est fm rẽ et fm voluntatẽ: ptz q̃ illa prima est ꝓprie beatitudo.

De secunda

Ecunda virt⁹ seu beatitudo est mititas
s siue mansuetudo q̃ cõgruit dono pietatis: et expellit irã: qr nutus est quẽ ira vel rancor non afficit. Cui respõdet in p̃miũ possessio terre viuentium.

De tertia

Ertia virt⁹ seu beatitudo est luct⁹: q̃ est dolor animi charitate informat⁹: q̃ facẽ cognoscere miseriã ꝓriã et lachrymabilẽ p̃sentis vite statuz et delectationẽ future glorie: q̃ sufficiẽs causa luct⁹ sunt. Quẽ dolorẽ inducit scientie donũ. Qui eñ addit scientiã iltã. s. addit et dolorẽ. Cui ꝑ p̃mio rñdet eterna ꝯsolatio: in q̃ absterget de⁹ oẽm lachrymã ab oculꝫ sctõꝝ. Et iam non erit amplꝰ neq; luct⁹ neq; clamor rẽ. Et hec euacuat inuidiã q̃ dolet de bono alieno et letat de malo: hec aũt beatitudo ecõuerso. ¶ Et quis luctus ipse miseria q̃dã videat: congrue ẽ beatitudo ꝓter sibi annexã dulcedinẽ dicit: eo q̃ dicit Bꝛeg. Dulciores sunt lachrymę penitẽtium q̃ delicie regũ. Et Aug. lib. cõfes. Currebant lachrymę: et hec mihi erat cũ illis.

De quarta

Uarta virtus seu beatitudo est esuries
q et sitis iustitie: q̃ dono fortitudinis adaptatur: q̃ est in sustinẽdis periculis ꝑ iustitia et fide. Que expellit tediũ boni: hoc est accidiã. Cui respõdet ꝑ p̃mio eterna saturitas.

De quinta

Uinta virtus seu beatitudo est misericordia: q̃
q appꝛopriat dono ꝯsilij: qđ docet alijs dimittere minora: vt nobis dimittant maiora: vel ꝯferre terrena: vt obtineamus celestia. Hec expellit auariciã: cui⁹ ꝓprium est ꝯgregare: et nõ remittere vel ꝯferre. Pꝛemiũ aũt huic beatitudini respõdẽs est ꝯsecutio misericordie.

De sexta

Exta virt⁹ seu beatitudo est mũdicia cor-
s dis: cui ꝯuenit donũ intellect⁹: q̃ est cognitio celestiũ: oculos cordis mũdãs et illuminãs. Hec eliminat gulã q̃ corrũpit et excecat cor. Unde Osee. xiij. Fornicatio et vinum et ebrietas auferunt cor. Pꝛemiũ huic beatitudini rñdẽs est visio dei.

De septima

Eptima virt⁹ seu beatitudo est pax seu esse
s pacificũ. Cui rñdet donũ sapiẽtie q̃ ẽ delectari in deo q̃ est pax nr̃a. Hec repellit luxuriã q̃ animũ nõ pacificat: sed vagũ reddit et instabilẽ. Cui cor̃ndet p̃miũ esse filiũ dei.

De octaua

Etaua virt⁹ seu beatitudo q̃ est pati ꝓpter
o tionẽ ꝓpter iustitiã clarificat et oñdit qđ dã factũ bñs respectũ ad singula p̃cedentia. Et ꝓ qđ oẽs alie beatitudines ab vltima vsq; ad primã ꝓbant: si vere sunt. Uñ Bꝛe. Qualis vnusq̃sq; apud se latet: talis ꝓtelis ꝓbat. Et hinc ẽ q̃ beatitudo ipi facto ꝑ p̃mio rñdẽs qđ idẽ est cũ p̃mio p̃me beatitudini p̃missio redire ꝺr ad caput tãq; circul⁹ ꝓficies et oẽs beatitudines ãbiens et ꝯpbẽdens. De virtutes seu beatitudines tãgũt. Matt. v. Beati pauperes spũ qm̃ ipoꝝ est re. ce. rẽ.

Unde accipitur numerus seu sufficientia beatitudinũ.

Arũ ꝑo beatitudinũ numer⁹ et sufficientia
b fm integritatẽ ꝓfectionis boĩs accipit. Ad ꝓfectiõis aũt integritatẽ requirunt tria. s. recessus a malo: ꝓfect⁹ seu ꝓgressus in bono: et ꝓfect⁹ stat⁹ in optimo. Sane respectu p̃mi mali ꝓcedit: aut ex tumore superbie: aut ex rãcore malicie: vel ex languore libidis seu ꝯcupiscẽtie. Cõtra q̃ tria sunt seu sumunt tres p̃me beatitudines. s. pauperes spũ ꝫ malũ tumoris superbie. Mititas ꝫ malũ rãcoris malicie. Luct⁹ ꝫ malũ lãgoris libidinis seu ꝯcupiscẽtie. Respectu ꝑo sc̃di ꝓfect⁹ seu ꝓgressus in bono attẽdit circa diuinã imitationẽ: q̃ est duplex fm duas vias q̃bus attẽdi põt. s. misericordiam et ꝑitatẽ. De q̃bus in ꝑs. Uniuerse vie dñi misericordia et veritas. Et fm has duas vias sumũt due alie beatitudines: scz respectu veritatis esuries iustitie: et respectu misericordie affect⁹ misericordie. Respectu aũt tertij ꝓfectus stat⁹ in optimo attẽdit in duobꝰ. s. in limpida cognitiõe et in tranq̃lla affectiõe. Et fm hoc sumunt due alie vltime beatitudines: scz respectu limpide cognitiõis: mũdicia cordis ad deũ videndum. Et respectu tranq̃lle affectiõis pax mẽtis ad deo ꝓfecte fruendũ. ¶ Et aduerte q̃ sic in enumeratiõe donoꝝ iuxta qđ sup̃ in tractatu de donis declaratũ est: est ordo quidã artificialis q̃ ꝑ uno loco ponunt et enumerãtur digniora: ita in enumeratiõe beatitudinũ est ordo quidã naturalis quo digniores vltimo loco ponunt.

Ex supradictis colligit q̄ habitus virtutum cardinaliū p̄ncipaliter disponūt ad exercitiū vite actiue. Habit⁹ ꝓo donoꝝ maxime disponūt ad act⁹ vite ꝓtēplatiue. Habitus autem beatitudinū disponunt ad perfectionem vtrorumq̄.

Finis trāctatus precedentis.

Incipit tractatus octauus et finalis de vicijs tam nature q̄ voluntatis.

IN finalibus aliqua de vicijs sunt matim tangere ꝓcuriū. Et quia sunt vicia nature et vicia voluntatis. Tāgitur p̄imo aliqualiter de vicijs nature. Et deinde de vicijs voluntatis.

De numero et sufficientia viciorū nature.

Licia aūt nequa q̄tum ad hmōi compēdiū attinet: satis erit enumerare: q̄ sunt septē: scz: Extollentia seu p̄sumptio: duricia: ignorātia: timiditas: p̄cipitatio: hebetudo: stulticia. Quo ꝓnumerus sine sufficiētia: licet de se satis clareat: nam repibile nō videt vicioz nature: aliud a p̄dictis: vel qō saltē ad aliqō p̄missoꝝ nō sit reducibile: per oppositionē tñ ad septē dona spūsancti sumūt aliqui numerū et sufficientiā ipsoꝝ viciorū nature. Etenim tres sic sunt vires seu potētie: scz cōcupiscibilis: irascibilis et rōnalis: que quasi continue in suis virtuosis actibus et operationibus: p ipa vicia que nature ex sua corruptōe insunt: variis modis impugnant et impediunt: ꝓtra q̄ septez sint: data sunt in adiutoriū septē dona spūsancti q̄ lumina q̄dā siue lux diuinit⁹ inspirata et infusa ad efficacius tam contra ipsa septē vicia nature q̄ vicia alia voluntatis et tēptationes: viā tam habite virtutis impugnātes resistēdū: liberiusq̄ et expeditius ipos act⁹ virtutū exequēdū. ¶ De vicijs nature circa vim ꝓcupiscibilē. ¶ Circa igitur vim seu potentiā concupiscibilē reperiuntur vicia nature: retrabēs a debite cōpatiēdo et subueniēdo p̄imo: qō vocat duricia. Cōtra qō disponit donū pietatis. ¶ De vicijs nature circa vim irascibilē. ¶ Circa ꝓo vim seu potentiaz irascibilem duplex reperit vicia nature. Unum inmoderate retrabēs ab agendis qō vocat timiditas: cōtra qō disponit donuz fortitudinis. Aliud inmoderate accedēs: qō vocat p̄sumptio: ꝓtra qō disponit donū timoris. ¶ De vicijs nature ꝓtra vim rōnalē. ¶ Cōtra vim aūt seu potētiam rōnalē duplex ꝓtingit vicia nature. s. vl're spectu finis: vel respectu eoꝝ q̄ sunt ad finē. Si respectu finis duplex repit nature vicia. Unum impediēs ne cognoscat: qō vocat hebetudo: cōtra qō disponit donū intellect⁹. Aliud retrabēs ne animus ad ip̄m finē debite afficiat: qō vocatur stulticia: cōtra qō disponit donū sapiētie. Si respectu eoꝝ q̄ sunt ad finē duplex sit⁹ nature vicium repit. Unū impediēs ne sciat q̄d ad p̄secutionē finis expediat: qō est ignorantia: cōtra qō disponit donū scientie. Aliud q̄ q̄s in his q̄ agēda sūt magis et passiōis ipetu q̄z ex debita electiōe ducit: qō ē p̄cipitatio: cōtra qō disponit donū ꝓsilij. ¶ Quibus cōtrarient vicia nature: Cōtrariant etiam ista septē nature vicia singula. s. singul⁹ virtutibus singulis oronis dōnce petitiōibus et singulis beatitudinibus et ꝓueniūt cū septē p̄cipalibus viciis volūtat⁹. Qō clarius ex tabula in fine hui⁹ tractat⁹ posita ꝓcipi potent et ꝑpēdi.

De vicijs voluntatis seu de malo culpe in generali.

DE vicijs volūtatis. i. de malo culpe seu de pcō: oportunū foret et vtile specialē et longū tractatū subūgere. Sed cū plurib⁹ notabilibus hec sint diffuse explanata: sufficiet interim ad p̄sentis cōpēdij ꝓcessum ꝓmittā dū: eiusq̄ ꝓplemētū sūmatim dicere: qd sit pcm̄ in genere. Quotēs fit siue q̄t sunt eius genera. Deinde venīet aliq̄ de q̄libet gñe explanāda.

Quid est peccatum in genere et quō diffinit.

PEccatū aūt in genere sic diffinit: pcm̄ est auersio ab incōmutabili bono ad bonū cōmutabile. Quā diffinitionē sic itelligere: pcm̄ est auersio. s. volūtatis: q: ꝓprie et p se talis auersio est pcm̄ ab incōmutabili bono scz deo: q oino incōmutabil' est. Hec est auersio aliud q̄z discōformitas volūtatis create a volūtate diuina: qō est in oi pcō: vbi aliq̄d vult voluntas creata: qō nō vult de⁹. Sequit ad bonū cōmutabile: supple cōuersio. s. ad bonū creatū qō ꝓmuo mutat: vel saltē mutabile est. ¶ Et iz peccatū in sui diffinitiōe duo ꝓncat. s. auersionem ab incōmutabili bono: et ꝓuersionē ad cōmutabile bonū: essentialit⁹ tñ pcō est p̄imū q̄z secūdū. Si eiñ fuerit ꝓuersio ad creaturā: ita tñ q: nō fieret auersio a creatore: sicut ꝓtingit qñ q̄s amat creaturā ꝓpter deū tñ: tūc nō fieret pcm̄: imo in isto casu meritoꝝ fieret. ¶ Licet plures alie sint diffinitiōes peccati: non tractat nisi de vna. Plures alie a doctoribus assignant peccati diffinitiones ꝑ causas efficiētē materialē et formalē ipius peccati. Sed q̄tum ad p̄sentē tractatū attinet sup̄adicta diffinitio que ꝑ causam finalē peccati sumit: sufficiat.

De duplici diuisiōe peccati in genere.

Pures etiã a doctoribꝫ assignant pctĩ diuisiones ſm diuersas pctĩ causas ⁊ origines. Quantũ ꝙo ad ꝓsentẽ tractatum sufficit de duabꝫ pctĩ diuisionibꝫ ꝑncipaliter tãgetur. Et primo de vna que sumit ſm quãdam peccati qualitatẽ ⁊ quantitatẽ. Secũdo de vna que sumit iuxta pctĩ causaꝫ materialẽ. ¶ Respectu primę diuisiõis tria principalia reperiũtur genera peccatoꝝ: qꝛ omne peccatũ aut est originale aut actuale. Si actuale: hoc iterũ est duplĩciter. Quia aut est mortale: aut venuale.

De peccato originali et quid est.

Z

mauit reparationẽ morũ ecclesiasticorũ si que/
ratur fieri: inchoãdũ esse a paruulis. Quia eñ
minus corrupti: minusq; tenaciter infecti sunt:
capaciores inueniunt doctrinarũ salubriuꝫ. Et
si hoc fortassis non satis ad ꝑfectũ. Istud enim
notasse videt Aristot'. di. eos ineptos auditores
moralis scietie: nolẽs per hoc negare ipam eis
vtilem existere: nisi: diuerim⁹ cũ sibimet ꝯrarũ.
¶Paruuli quippe apti sunt ad accipiẽda bono/
rum studiorũ exordia: qñ nõdũ falsas opiniõs
animus imbiberunt: qñ nõdũ radicatus hereꝫ p/
nitiose adinuẽtiões in eis. Utres sunt recẽtes p
liquoribꝰ optimis. Nouelle ꝑterea plãtatiões q̃
sequuntur leuit quo ducẽtis manus deflexerit.
Dia hec secus in senibꝰ plenis dierũ malorũ: q̃s
citius frãgas q̃ꝫ flectas: Si põt (Inquit Hiere
mias) mutare ethiops pellẽ suã: ⁊ pardus varie
tates suas: ⁊ vos poteritis benefacere cũ didice
ritis malũ. ¶Q, si iuxta deductionẽ hãc repara
tio ecclesie ⁊ ei⁹ cultura inuitãda esset a paruul⁹
(sicut est). Ubi ꝑcor efficaci⁹ sanctissimũ opus
exercebitur q̃ꝫ in celeberrima ciuitate parrh̃sicñ.
Ibi sunt eñ paruuli q̃ per vniuersalẽ dispgent
christianitatẽ. Esse quoq; poterũt aliorũ docto
res instructoresq; cõmodissimi: maxime dome/
sticoꝝ. ¶Ex hac ꝑterea cõsideratione cõsequẽs
est: nullũ magis inimicari ecclesie: ⁊ ꝑparare oĩa
antichristo in demolitionẽ eius q̃ꝫ facto aut ver
bis: clam vel palã obuiantẽ voci christi dicẽtis:
Sinite paruulos venire ad me ⁊c.

Consideratio secunda.

¶De scandalizantibus paruulos dñi varijs mo
dis eos non sinunt venire ad christũ.

y Si scandalizauerit vnũ de pusillis istis
q minimis q̃ in me credũt: expedit ei vt su/
pendatur mola asinaria in collo eius: et
demergat in ꝑfundũ maris. Christ⁹ hoc dicit:
dubitare nephas est. Nec oportet ĩ hoc ꝓbo vti
dũtaxat mystico intellectu: transferẽdo ad pusil/
los spũales: qñ literaliter etiã põt intelligi de pu
sillis etate. Et accipit forte principali⁹ ⁊ pri⁹ de
eis: tanq̃ scandalũ periculosi⁹ longe sit ipsorum
q̃ꝫ aliorũ credentiũ: qñ (teste Orano) Talis q̃li
bet est cere⁹ in vitium flectit: ⁊ dum semel corru/
ptus est: non eque leuiter ad virtutis formam ⁊
characterem reducit. Propterea talium scan/
dalo ꝑcauens Satiric⁹ docuit q̃ maxima de/
betur puero reuerẽtia: ne. s. q̃dq̃ fiat impudicũ:
prauũ ⁊ obscenũ in offensionẽ sue puericie. Ad
hoc redit ꝓbũ christi ꝓmissũ: Sinite paruulos
venire ad me ⁊c. Omnis q̃ppe scãdalizans par
vulos: suo accessui ad christũ obui⁹ eis. Unius
deniq; insultionis vtrobiq; silex fere causa ponit
a christo paruulorꝫ videz dignitas. Nam pri⁹
dictũ est taliũ esse regnũ celorũ. Hic asserit quo/
niã angeli eorꝫ semp vidẽt faciẽ patris sui qui in
celis est. ¶Nunc superest enumerare modos scã/
dalorũ paruulis obstantiũ. Est eñ scandalũ di/
ctum vel factũ min⁹ rectũ: ꝑbens alteri occasio/
nem ruine. Omnis idcirco peccare vl' cadere fa
ciens paruulos in via morũ gradiẽtes ad chri/
stũ scandalizat eos. Hoc aũt dupliciter fit. Aũc
opere: nũc sermone. Et vtrobiq; dupliciter: dire
cte vl' indirecte. Indirecte quidã scandalizat ali
quis: dum nõ ꝓhibet scandalũ: quãdo sua au
toritate vel officio: posset ⁊ deberet: quemadmo
dũ negligẽtia naute subuertit nauem. Aut certe
volens quispiã ꝓhibere scãdala impedit seu cõ
municijs aptis: seu detractionibꝰ occultis seu dã
nis ⁊ alijs diaboli mille machinamẽtis. Utrũq;
istud scandalũ ꝓbuisse visi sunt discipuli: dum ⁊
ꝓhibebãt paruulos venire ad christũ ⁊ cõmina
bantur offerẽtibus. Atuero q̃ꝫ irrõnabiliter hoc
egerint: ⁊ nõ sm scientiã indignatio christi sub/
secuta aptũ dat indiciũ. Quos videns Iesus (in/
quit euãgelista) indigne tulit. An opis hui⁹ par
na tibi videt indignitas q̃ ad indignationẽ cõ/
mouere potuit dignãtissimã iesu mititatẽ: q̃ ipꝰ
benignitatis fontẽ valuit quasi turbare serenũ.
Nõ interim memini litteris exꝑssum: q̃ factuꝫ
aliud indigne tulerit christ⁹. Qui etiã ipa publi
canorũ ⁊ peccatorꝫ facinora mãsuete ferebat: dñ
indignabat fallã phariseorũ iustitia acclamãs:
cur cũ pectoribꝰ ⁊ publicanis mãducaret. ¶Uide
mus vtrũq; scandalũ ne cadat indignatio chri/
sti sup nos. Nam indignatio ꝓncipis mors:
quãto magis dei. ¶Scãdala quidẽ opꝝ ⁊ ver
borũ que palã ⁊ directe tendunt adolescentũ pe
dibus: nemo non intelligit. Sunt eñ qui glori
antur non solũ cum malefecerint: ⁊ exultãt in re
bus pessimis: sed diabolica quersitate socios q̃t
possunt facinoribꝰ suis accumulant: quasi. s. ad
nil aliud intendere videant: q̃ ne soli pereãt: aut
ne parũ comitati detrudant in infernũ. Talem

olim catilinā passa est romana respublica: z nūc plurimos expit ecclesia. Excecauit enī eos malicia eorum: vt a fide discedāt: z vt dati in reprobum sensum agāt ea que prudē aplis ad Romanos scribēs enumerauit: z (qđ vix vllus credere poterit) lōge deteriora z abominabiliora. Hec sufficiūt siue dānatissime gditissimeq; gditōi extranei z puectui: ipsi nulli primitati sanguinis: nulli innocentie z angelice puritatis etati: nulli parti sanctissime parcūt: q̄n oīa fedēt: oīa cōmaculent execrādis flagitijs. Tāta est nimirū libidinose voluptatis effrenatio tam fas oē nefasq; cōfundit furor inflāmat? z pfundat? vicio: mutata vt recte senserit Origenes: q̄ nihil referre posuit inter demoniacū z aliū passionibus suis agitatū: nisi q̄ ampli? addo: demoniaco enī pena sola est hec veratio q̄ alteri ad culpā detestabilem imputat. ¶ Miremur ergo si nostra tempestate plus solito: sensus z cogitatio hoīs pna sunt in malū ab adolescētia: q̄n cū primaria corruptiōe nature singūt paruuli quasi lac: personalē vt sic loquar sanie pctōz. ¶ Adde q̄ multorū parentū z negligōz cura: vel nulla vel vltima est de paruulorz suoz moribus z eoz disciplinata custodia. Quid ergo stupendū: absq; ductore positi in via lubrica z tenebrosa (q̄s āgel? dñi mal? psequit) cadunt ex facili? Utinā negligere eos solū esset. Ponunt ante oculos suos talū opa: dictorūq; nephandoz exēplaria: īmo z picturarū ignominiosaz z scripturarū lasciuarū simulacra: ad q̄ aspiciētes q̄d nō nisi prauiter opent? audi sanari cum veloci? z citi? nos corrūpunt exēpla domestica: magnis cū subeāt animos auditoribus. Preterea quid aget filius nisi qđ viderit patrē facientem. Ad qđ retorquet puerbialiter illud eglogici carminis. Patrez sequit sua ples. Ita euenit vt iam desit in multis remedij loc?: q̄ q̄ fuerāt vicia mores fiūt: iuxta Sene. verbū. ¶ Nōne q̄ so scandala hec tibi esse pessima vident p paruulis pcipitādis in via morū? Et ve talibus palā scādalizantibus nō iam vnū: sed multos ex pusillis christi: quos nō sinūt venire ad christū. ¶ Atueros si scādalizātes in obscuro z in occulto rectos corde: deteriores sint nō mor diffinio. Isti sunt (vt dixim?) q̄ ponūt scandalū ī imediate z apte añ pusillorz pedes: sed velut a latere. Nā ductoribus eorundē z instructoribus insidiāt: eos subsannāt z infamāt z calūniant: qui si nō deuotione z religiosa pietate cōmunicēt paruulis in doctrina: sz vel curiositate vel hypocrisi vel fictione aliqua. ¶ Hec est vulpina: īmo diabolica callidi tas: q̄ ex obliquo insidiās z mordens vt coluber nō sinit paruulos venire ad christū. In qua peste minus est remedij q̄q; in prima: quāto minus expelli pōt hostis occult? q̄q; apertus. Tales cō pescere debuisset illa sapiētis pceptio. Noli prohibere bene facere. Si potes z ipse bñfac. O q̄s capiet nobis has vulpes paruulas que demoliuntur vineas: z florētē ortū ecclesie calcant: sub intrant enī z repūt ex occultis: nec illas depḡdes nisi p vestigia. Et q̄ sunt hec vestigia? Cōculcatio certe floz quorūlibet pulcherrimorū: z euulsio salubriū plātationū: z q̄ rarissim? cultor accedit quin culpet. ¶ Sed quo porrēto ex boūbus fiūt vulpes: z qua voluptate (dicā poti? malignitate) ista agūt? Rūdet de nōnullis eos forsan tunere se detegi. Alios torquet luor edax: si qđ nō agūt fiat ab aliis: alios fidei: religionisq; pretēpt? exagitat: apud quos pietas oīs: non nisi fatua quedā z anilis stoliditas iudicat. Reliqs nihil boz: sed sola tepiditas deuotōis enormi digna vocat z languidos excruciat. ¶ De mundo ab his scandalis: expedit auctoribus magis mori q̄n tot aiaz pereuntiū a via dei rei sunt: q̄t daz vel palā scandalizant z perdunt: p̄sertim dū nō sinunt paruulos venire ad christū.

Consideratio tertia.

¶ De laudabili studio eorū q̄ reducūt paruulos z ad vitā que ducit ad christū.

Qui conuerti fecerit pctōrem ab errore vie q̄ sue saluabit aiam ei? a morte z opit multitudinē pctōz. Ex hoc verbo trahere potuit Gregorius nullū esse deo accepti? sacrificiū q̄q; zelus aiaz. Q; si tāta sollicitudinis inq̄etudine: si tot vigilqs z curis īmortalibus: p̄ media vite pericula q̄rūt hoīes saluare res vanas iamiam periturasi si colligere satagūt vules terrenarū opuz sarcinulas: quas aplus arbitrat vt stercora. Et dum hec agūt laudant vt industrij vt diligētes vt officiosi z vtiles reipublice. Videte oro quāta est vel inertia vel infidelitas de aiarū īmortalitū salute nō curare xp̄ianos: īmo q̄lis ē illa īpudētissima puersitas: eos inculpare vijsq; nūc aptis: nūc occultis p̄pedire: q̄ paruulos ducere satagunt ad christū ne corruāt in baratrū. ¶ Sed oportune z importune dicto festiuius z pfestis extrahit aliqs bouē asinū a fouea z luto: z nō pbibetur. Qua rōne coarguit aliqs tanq̄s importunus z stolidus si ingi studio omniq; spe trahere conet aias ad christū: aias infixas in limo profundivicijs obruntas: cathenatas pctis: vinctas in mendicitate z ferro. ¶ Qōcūq; pōt facere manus tua instāter operare: iubet Salomon. Et rursus: mane semina semē tū: z vespe ne cesset manus tua: q̄ nescis qđ magis oriat: hoc aut illud z si vtrūq; simul melio? erit. Cōtēnunt amatoz deprobi verba q̄libet hominū dum male cupitq; fruant amoribus: z zelator christi ad leuē flatū vocis cuiuslibz velut admote trepidabu arūdinis vmbrā. ¶ Spūales dom? dei: templa z sacraria spūssancti viuētia: ciuitates sanctoz: regna cele-

stia in terris passim succēdunt: rapacibꝫ ⁊ infernalibꝫ flāmis omnū vicioꝝ: ⁊ opitulari nostra lenescet inerma. ¶ Porro quātis extollerent fame pconqo: ⁊ medicꝰ gratis ingerēs opas suas sanādis egrotis: ⁊ aduocatꝰ sine questu patrocinans: ⁊ artifex oīs sue artis vsuratē nil retribuentibꝫ impartiens? Qualis igit erit int̄ christianos nō iusticia sed insania: si medicꝰ sponte nec aiarū aduocatꝰ ⁊ artifex salutis carū inculpatur: exhibilat: phibet. ¶ Paruuli noiatim tot quotidie pessimis alloquys vrgent ad malum: ⁊ nullꝰ vltro cōtradicit: nec virtutū partes agit pincitamētis ad bonū. Deniqꝫ paruuli dira fame spūs excruciati: petūt panē: ⁊ nemo erit q̄ frāgat eis: quineriā obstabit frangēnbꝫ. ¶ Non ita docuit christꝰ: nō hec egit. Nam in cōgregādis animabꝫ cōparauit se gallie: qua nullū aliū animal erga fetus suos) vt Augꝰ ait) magis infirmatur pietate: demittunt ale: plumeqꝫ hirte fiūt rauescat vox querula: obliuiscat ipa cibi: ⁊ incredibili supra vires aiositate pullos tuet. Et nos qui christi secratores dici volumꝰ: in hoc opere tōrpescemꝰ: obseruabimꝰ tēpora: mēsibꝫ totis desecemus: absit. ¶ Inueniunt aūt modi plures reponēdi paruulos in via ducēte ad christū. Unꝰ est pdicatio publica. Aliꝰ āmonitio secreta. Aliꝰ magistralis disciplinatio. Reliquꝰ ⁊ hic christiane religioni pꝓꝝ est cōfessio. ¶ Sentiat aliꝰ q̄d voluerit: ego in simplicitate mea iudico cōfessionem (si modo recte facta fuerit) esse directricē efficacissimā ad christū. ¶ Aperiunt em̄ p ea mōrbi peccatoꝝ intimi: si docte: prudēter ⁊ mōrose p scrutatꝰ oīa fuerit: cōfessor obstetricā di sciētiam habēs: ad educendū ex aīa colubrū tortuosum: ⁊ ad ejiciendū virꝰ pestilēs a corde: quo manēte nullꝰ vnq̄ paruuli spūs crescet in christo: sed iugiter mōrbidus ⁊ languidꝰ: imo penitus emortuus ⁊ sepultꝰ iacebit in sterquilinio petōꝝ. Ac pinde nullū opus vite: nullū motū ducentē ad christū pduceret ex sect sanies p sanguine cōcrescet: dum spina peccati cōfixa maneret in vulnere: ādn etiā misera pscientia stimulis mortis introrsus exagitata oberrās raperet: aliorsum p vias difficiles ⁊ adinuentiones desiderioꝝ mortiferas. ¶ Addo q̄ alibi nulla pōt fieri monitio accōmodatior q̄ in cōfessiōe: nulla pferri medicina aptior egritudinibꝫ vicioꝝ. Et vbi q̄so pōt adhiberi pseruatio cautior p futuris. ¶ Atuero fatebit aliqs ita se habere: sic tamē fatebit: q̄ nō nisi semel in anno vl ad multū quater: opꝰ ustuo circa eūdē paruulū exerceri cōgruat. Ad qō nō pessime respōsum est: dum de diligētia mūdanorum sermo habebat: q̄q̄ nō obsistim? isti sentētie velut quotidie suadeam? eundē cōfiteri. Utinam vel semel in anno paruuli cōplerēt vnicaꝫ debita integritate pfessionē. Sz quoniā multi sunt: ⁊ tēpus illud parce breuissimū est: vt nō vacet curatio ⁊ spēaluter penitētiarys: inq̄rere sufficienter ad fundum de oibꝫ: expedit vt quilibet paruuloꝝ (imo necesse est) semel recēseat cū prudenti pfessore totū vite sue decursum: nō in trāsitu: neq̄ strāgulato ore: sed diutine ⁊ pfecte. ¶ Resultat exhinc triplex pfectꝰ. In puericia siquidē multi seducti plus q̄ diabolica rabie: multa faciunt vel patiunt enormia: nefandaq̄: qualia vl loqui nescīt vel nō audēt: nisi pmoniti et interrogati de quibꝫ tūc edocent: ita tū ne mala nescita male doceant: nisi fortasse cū detestatiōe vehementissima: si ita res inciderit: ⁊ fundit? expurgātur. Secūdo scīt̄ p futuro q̄ ⁊ qualiter cōfiteri tenent: instruunt quoq̄ nil in cōfessiōe mētiri vl celare deincepe. Tertio quietant suauiꝰ in conscētia: dum ad pterita delicta postmodū in grā deuotoꝝ etate verecūdi? cōfitendi vident se non astrictos: ⁊ q̄ de potestate ⁊ discretōe cōfessoris nulla postmodū scrupulositas exoritꝰ: nec ad superioꝝ remittunt. Nemo paruos hos fructꝰ ex̄ iudicabit q̄ cognouerit quāta est vis tyrannica pudoris in q̄busdā: ⁊ plus in femineis: q̄n pcipitim horrida: ipsoq̄ etiā cogitatu abominabilia facta: miserā aiam cōstuprauerūt vsq̄ adv̄ticē simul cū corpore. Quisq̄s hec scire potuerit: fatebitur opinor fere nō min? esse si tales apiant os ad confessionem integrā: q̄ si naturaliter mutꝰ reparet vox ad loquēdū. ¶ Docet aliqs mihi vl alteri opas suas circa paruuloꝝ monitōes ⁊ cōfessiones impēdēti. Stulto labore cōsumeris: cur ita? Quia nimirū vel fingūt vel mentiunt: vl mox recidināt ad vomitū. ¶ Sed respōdem? pmo ad vltimū: q: grādeuis etiā: vt pbyteris q̄ fidiam? est redit? ad peccatū. Nec pter ꝟ desinunt pfiteri. Nunqd sentinā nauis exhaurienis iderco deserit opꝰ: qz redit tantundē aq̄ ejectum expulerit. Pugnam? contra vicia (ait Seneca) nō vt vincam?: sed ne vincant. Si quotidie manus sordidant: nō mun? abluim? illas: qz ⁊ si redeant: sordes nō ea tenacitate coherescūt. Porro mētiri ñ nunqꝫ aut celare se puulos nō ignorāt: in ipso pīertim aggressu cōfessiōis. Utinam nec adultis hoc adesset vicium: sed pedetentim extorquet veritas cū bonis monitoribꝫ: cū interrogatiōibꝫ artificiosis: sedulisq̄. Et si nō tūc vl subito: fiet hoc in posterū dū inualuerit timor dei ⁊ eoꝝ carnes cōfiterit. Qz si quosdā desperet de? ita vt eos corrigere possit nemo: put sapiēs loquit: nihilomin? plures emendant: ⁊ si vel sic sola anima in mēse vel anno saluat: nō perdita est occupatio: charitas optet multitudinē peccatoꝝ. ¶ Quisq̄s igit memor est delictoꝝ iuuentutis sue ⁊ aliorū plurimorū sicuti mihi cōscius: efferueat ad opus boc q̄ tegit pcā: ⁊ tegēdo remittit: cōueniat impiū ab errore vie sue: ⁊ liberet

animā eius a morte. Vos ꝑcipue rectores ⁊ pceptores paruloꝝ disciplinā erga eos sedulaꝫ conseruate. Hoc eñ bona fide ⁊ pia fraternaq; deuotiõe: nõ quasi iubẽs: aut de vobis aliter sentiens cõmoneo. Ipsos quoq; non dico nõ ꝓhibete venire ad christū: sed ducite. ¶Et qñ nullum aliꝰ facilioꝰq; paruuli a paruulis mutua cõtagione ledit: vestrū sit studiū circūspectiõe vigili ꝑspicere: ne ex numero discipuloꝝ vestroꝝ prauæ fedeq; sit infector. Unica praua pecꝰ inficit oẽ pecꝰ. Et vniꝰ adolescẽtis fortidi mores plures ex ꝑsortio sanos inquant. Cũ querso querteris denunciat ꝓpheta. Et de q̃busdã ait: Cõmixti sunt inter gẽtes ⁊ didicerũt opera eoꝝ ⁊c. Q; si furta etiã modica opũ tẽporaliũ dũ sentiretis fieri: cauta inq̃sitiõe ⁊ sollicitudine ꝓhiberetis vl' corripiẽdo vel eiciẽdo culpabiles. Attendite q; furtũ aliud: nullũ dãnosius: nullũq; execrabiliꝰ sacrilegiũ: q; tollere ꝑciosas paruloꝝ anias: q; templũ dñi sanctũ (qđ ipsi sunt) quersis seductionibꝫ violare: fedare: demoliri: subuertere. Quã ob rem vicioso ⁊ si nõ oẽs eiicere potestis. (Sẽper eñ bonis mali cõmixti sunt) Illos saltẽ notate: q; nefanda pnicie palã nocẽt ceteris. Sz dicetis: Tales nulli sũt: nulloꝰ inuenim⁹? Utinã nulli: vtinã vel solũ pauci. At vereor ne aliter cõpertũ habeatis: si diligẽtie vestre oculos ad hãc rem studuerittis aperire. Et certe fieri poterit: vt vniꝰ publica correctio plurimos defectos a peccandi libertate cõpescat: ⁊ taliter peccãdi: qualitate nec aperte noĩare pudor sinit. Discedent fortasse ab illiꝰ regimine q̃ hoc egerit nõnulli dicentes: quoniã durus est hic homo. Sed sperãdũ est tum in diuina' puidẽtia: tũ in bona fama eiꝰ in de secutura. q; alij meliores ⁊ numero plures subintrabũt. Nihil eñ virtute amabilius: nihil qđ magis alliciat ad sui cõsortiũ. ¶Deniq; moriꝰ oẽs volumꝰ cautos esse: ne q̃busliber ipropterare valeat paruloꝝ aliꝯ ꝓbũ ꝓphete. In via hac qua ambulabã: absconderũt superbi laqueũ mihi. Et rursus: Juxta iter scandalũ posuerunt mihi. Quo pacto sic' impediendo. s. eorum aliquẽ: vel' aditores suos: ne ꝓbũ cõpleat dñi: q; ait: Sinite paruulos venire ad me ⁊c.

Consideratio quarta:

¶De apologetica ꝑ baculo nec defensiõis ⁊ simul exhortabit paruulos ꝑ me indignũ venire ad christum.

B I occupatꝰ fuerit homo in aliquo delicto: vos q; spiritales estis: hmõi instruite in spũ lenitatis cõsiderãs te ipm ne et tu tẽpteris. ¶Eruditissimꝰ moriꝰ fuit q; dicit: Ars Ars artiũ est regimẽ animarũ. Quãq; ista non nulli sine arte nostri tẽporis hoies ⁊ sacerdotes attẽptare ꝓsumũt: ⁊ ceci cecos ducũt. Ideo si rationa multiplex imineat: quis admirabit? Adeo iã indignũ videt apud multos: si qs ex theologie aut famaꝰ in litteris: vel ecclesiastica dignitate ꝑditus: ad hoc se opus inclinauerit: ꝑsertim circa paruulos: qõ mihi (qz in talibꝰ esse puto: motiõi alicui?) in fabulã ⁊ imperitiũ cesserit. Et sane mihi videnť discipuli dñi adhuc tunc celestiũ parũ capaces: hac insipientia laborasse: prohibentes paruulos offerri christo: reputãtes videlz indignũ esse si tãtus magister ⁊ doctor eoꝝ christi⁹: huic humilitati subiaceret. Cõuincit autem ipsos sic sentiẽtes: tã exẽplũ christi q; ꝓbũ ꝑmissum apli. In quo vult alioꝝ instructores cẽ spũales: ⁊ spũ lenitatis ꝑditos: ⁊ considerantes seipsos ne tẽptenť. Tales ꝓo q; rari sint cogitare stupor est. Da mihi aliquẽ ⁊ dicã q; spũal' est: qui spũaliter oĩa dijudicet: qui didicerit ex eis q̃ passus est cõpati: qui querat nõ que sua sunt: sz que iesu christi: quem totũ repleuit charitas: humilitas ⁊ pietas: vt nullũ i eo locũ vanitas ⁊'cupiditas inueniat: cuiꝰ cõuersatio in celis sit: qui tanq; vnꝰ ex angelis dei: nec bñdictiõe nec maledictiõe moueat exẽplo eorũ: neq; ex ministerio occupatiõis sue inferioris supna deseratur: nec foras cõtrahat pestiferas. Alioquin quid sibi ꝓderit si vniuersum mundũ lucret: ⁊ aie sue detrimentũ patiat: nõ audiẽs iubentẽ. Miserere aie tue placẽs deo. Talis veniq; q̃ nullis stimulet: aut alliciat formis corporis: sed abstractꝰ in sublimi arce rõnis: in sola animaq; ꝑspicaci qualitate verset. Quãdiu eñ ista tibi deerũt: ⁊ repente vel suspitiõibꝫ inquietaberis: vl' nimis terreberis vel gloria turgescens: aut cõtractꝰ eris infamia: carnalis es nõ spũalis: necdũ satis idoneꝰ q̃ alios instruas in spũ lenitatis. Quo fit vt ad hoc res redeat: vt inculpari potius de temeritate q; de nimia humiliatõe debuerim: dum officio spiritualiũ viroꝝ memet imiscẽo: volẽs paruulos instruere occupatos in peccatis tãq; si testudo terrestris se pẽnatis aquis cõsociet. ¶Sed quid agã? Sentiũt aliter quidã ex beĩbus etiã benivolus. Cõminanť vel mihi vel paruulis ne accedant ad me ⁊ hoc alia multiplici rõne signãter quadruplici id arbitranť recte facere. Allegant qppe disparitatẽ morũ mihi cũ paruulis. Allegant officij dignitatẽ occupãdã ad maiora. Debinc causanť loci ⁊ tẽporis importunitatẽ. Postremo metuũt rei insuetudinẽ ab emulis calũniabilem. ¶Atuero tractem⁹ pauca de singul'. Dicũt ⁊ verũ est magnã cẽ disparitatẽ morũ dispariũ mihi ad moꝛes paruuloꝝ. Nihilominꝰ si ꝓdesse voluero: vt meos moꝛes suis cõtẽperẽ ⁊ ad sublenandũ iacẽtes: altioꝛẽ me depꝛimã ne cesse est. Nõ bene cõuenitũt: nec eadẽ sede moꝛãtur maiestas ⁊ amoꝛ. Attamẽ sicubi deest amoꝛ quid ꝓderit instructio: dum nec libẽter audiẽt

nec dictis credent: nec impatis obediēt. Quare maiestatē oportet omnē exuere: & pro paruulis paruulū se facere: seclusis tamen vicijs & peccatis longe omnis impudicicie nota. Adde q̄ naturā esse contumacē testat Sene. magis ducit q̄s trahit. Habet preterea hoc proprīū generosa indoles: qō & irrationabiles & bestie & aues docēt) vt blanditijs q̄s terroribus magis capiat deflectaturq̄s. Denicq̄s paruuli verecūdissimi quo pacto detegerēt peccata sua turpia apud eū quē vt odirent vel timerēt. Apud eū rursus qui nō prius eis persuasisset se eis fidū esse: benivolū: secretum & amicū: hoc aūt persuaderi nequibit: si nō modeste arriserit ridentibus: cōgratuletur ludentibus: collaudet studia eorum bona: si non vitet acerbitatez & conuicia in increpatione sua cum omni lenitate & mansuetudine: ita vt non odisse eos: sed fraternaliter dilexisse sentiat. Propterea tollens condescensionē affabilem & conuicā a viro cum paruulis: vt efficaciā sue confessiōis & cōmonitionis exuacuet: consequens est. ¶ Persuasum sane habeo sic egisse olim apostolū. Alioquī quomō factus fuisset omnia ad omnes vt christū lucrifaceret: si paruulos excipias: ad q̄s nam factus sit paruulus. Qua autoritate preterea mādasset patribus de filijs humane tractādis: neq̄s prouocandis ad iracundiā: ne pusillo animo fierēt: si paruulorū velut indigna horruisset consortia. ¶ Sed quid argumētis nitimur: cum hoc ipsum ab apostolo expressum sit. Facti sumus inquit paruuli in medio vestrū: tanq̄s si nutrix foueat filios suos. ¶ Ponderemus iterū obsecro qua ratiōe iubet apostolus instruere p̄occupatos in delicto aliquo ī spiritu lenitatis. Et videamus si hoc nō prius egerit & docuerit legislator noster christ⁹. Cum eñ proclamans inuitasset. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis: subiūgit pro re ad hec necessaria. Discite a me: quia mitis sum & humilis corde. ¶ Plura in vetustis patrū historijs ad hāc rem traduci possent testimonia. In quibus nihil ita efficax ad correctionē: emendationēq̄s multorū repertū est: quemadmodū est lenitas. Nihil eñ hominū animus est facilitate & clementia sit comicus. Nonne Joannes ille diuinorū cōscius & scriptor: secretorū: latronis & homicide p̄perditissimi manus osculatus est: vt eum lucraretur. Quis egregiū doctorē Augustinū tanq̄s sydus aliquod benivolū acquisiuit ecclesie Ambrosi⁹: Qua virtute: vtiq̄s benivolentia & mititate. Ego inquit Augustinus de eodem: cepi amare hominem: non vt doctorem veritatis: sed vt hominem benivolum in me. O prudentissimū et verum dei sequacem Ambrosiū. Non dixit Augustino tunc pestiferis opinionibus inflato. Recede a me peccator es: hereticus es: blasphemus es. Quanto minus hec & similia de paruulis fidelibus ad eū concurrētibus ira feruescēs vomuisset: ¶ Porro si recogitemus q̄ nihil erat in operibus christi vacuū & sententiarū maiestate carēs iudicabimus ipm non mediocrē rem intendisse dum vocabat paruulos ad se: cohibens discipulos charissimos prohibētes eos. Deinc eos accedentes: amplexabat: imponens eis manus: & benedicebat eos. Et o pissime iesu: quis vltra post te verecundabit esse humilis ad paruulos. Quis tumescens & elatus de sua vel magnitudine vel scientia: paruitatē deinceps paruulorū ignorantiā vel imbecillitatē audebit aspernari: quādo tu qui es deus benedictus in secula in q̄ sunt omnes thesauri sapiētie & scientie dei abscōditi: vsq̄s ad castissimos paruulorū amplex⁹ beata brachia mansuetus inclinas atq̄s circūligas. Procul ergo: procul exhinc omnis elatio deorsum sit indignabunda quelibet paruulorū effugato: vincit hoc insigni exēplo christi nostri: humanitas illa humilis in Socrate a phis collaudata: q̄ nō erubescebat post curas publicas: lapare animū ludendo cū paruulis: ārūdine etiaq̄s cruribus suppositā. O si vidissent eū catbones censorij nostre etatis: quali eū cachinno derisissent: quāq̄s non ita laxamus ad paruulos colludendi licentiā: vt nō abhorrēdā p̄clamem⁹ oēm in gestu aut verbo vel tactu petulantiā aut impudiciciā. Rursus alia ratio est būiliationis sue in obsequio dei: sicut Dauid saltās ante archā tonis viribus & nudatus: & vilis in oculis suis celebrat. Alia ratio dum querit sola mentis recreatio. Prima semp optima est: & vir excessus recipit: nec video vbi aliter locū habeat cōgruentiorem illud ecclesiasticū etiā a Tull. in de officijs approbatū. Quāto maior es humilia te in omnibus. Hinc christ⁹ statuto paruulo corā discipulis: q̄to hāc humilitatis normā p̄bo & exēplo inculcare volebat. Qui maior est inter vos erit sicut minor. Et rursus in loco quē tractam⁹: q̄s nō recepit regnū dei velut paruul⁹: nō intrabit in illū. ¶ Ecce corā deo: q̄ nō mētior: plures audini a trienio p̄fitētes paruulos: & quosdam eorū grandiusculos: q̄ fatebant se nunq̄s peccata sua fuisse dicturos alteri: nō sic eis condescēti & diligenter interrogāti: instāte etiā matre articulo q̄rūlibet dānari debuissent. Agnosce ergo quid efficacie lateat in ipsa condescensione benigna. Et quid operet interrogationū admonitionūq̄s discretio cauta & sedulitas artificiosa: magis p̄ in his dei virt⁹ inuocata: spata: p̄piaq̄s. Quosdā preterea nouī viros exptos q̄ tā a multis annis confessionū auditores fuerāt: protestātes se vix aut nunq̄s reperisse aliquē certis infectū vicijs qui prius illa cuiq̄s alteri detexisset. Nec id adhuc fecissent, nisi magna circūspecti-

onis ⁊ lenitatis spiritualis arte cepissent eos et pia quadā fraude velut circūuenissent. Qua super re quedā alia scripsisse me memini: ⁊ ad vnoꝝ cognitionē p̄cipue taliū nuper vn⁹ edit⁹ est in gallico tractatul⁹. ¶ Expediam⁹ nos breuius in reliqs tribꝰ calūnijs. Nā q̄ allegat dignitas officij mei aut etiā gradus magistralis iā satis factū arbitroꝝ. Q, aūt supaddit meā occupatiōnē in maioribꝰ esse debere. Nescio prorsꝰ si q̄cq̄ maiꝰ esse pōt in q̄ parnitas mea ꝓficere valeat q̄cq̄ deo dāte virtutē a faucibꝰ canis infernalis ⁊ ab ipsis gebēne portis animas eripere: ⁊ tales p nullos aīas q̄si plātare aut rigare partē nō indignā boni eccl'iastici: parnulos loq̄r p̄sertim in studio vt eis det incremētū rp̄s. Sed asserunt me in p̄dicationibꝰ publicis ista magnificēt⁹ operatuꝝ. Id quidē forte p̄posiuꝰ: sz meo iudicio nō efficaci⁹ neq̄ fructuosi⁹. E cōfudit prudez ipse rp̄s superbiā nostrā: q̄ nō vult nisi nultos habeat auditores os suū aperire sapiētie: q̄n cū muliercula samaritana ⁊ sola diuturno sermone cōfabulat⁹ est. Nullo pacto tū abnegauerim ea me irrationabil'r dimissuꝝ esse q̄ necessitatis sunt i officio cācellariat⁹: dū illi indign⁹ deseruio pro quātalibz vtilitate secutura in aliis. Sz vbi ces sat necessitas (vt plerūq̄ cessat) ab occupationē meā tā salubrē inculpabit: q̄n me tūc forte vel ludentē vel ociantez coarguere p̄sumeret nemo? ¶ Ampli⁹ de loci ⁊ tp̄is ip̄ortunitate q̄ tertia est calūnia: quedā rūdiu⁹ in pori cōsideratiōe: q̄q̄ locus aptior ⁊ ab oīni suspitiōe remotior esse nō possit q̄q̄ public⁹ in eccl'ia. Hoc euitat puerbialē illā notā. Qui male agit odit lucē. Fit q̄z iussio rp̄i vt luceāt opa vestra bona coꝝā hominibꝰ: ⁊ sit lucerna eius posita sup cādelabrū. Q, si scādalizant aliq̄ interp̄tates hoc ad pompā vel inanē iactātiā: gloriunculā: hypocrisim vel papelardiam vel aliud hmōi: viderint q̄d dicāt. Profecto scādalū tale ē acceptū ⁊ nō datū: phariseoꝝ non pusilloꝝ ac pinde cōtēnēdū: q̄n neq̄ actus neq̄ locus p̄sert ex se aliquā spūalis ruine occasionē. Porro nil mirādū si radi⁹ boni opis: q̄ sanis gratissim⁹ē sit lippis liuidis aut inflatis oculis odiosus molestusq̄. E bristi bon⁹ odor sum⁹ acclamat apl'us. Sed q̄d subiungit. Aliis quidē odor mortis in mortē. Aliis aūt odor vite in vitā. E etq̄ q̄squis attēderit q̄ multā ē messis domīnica ⁊ oparij pauci (de oparijs loquor idoneis. Nā alij innūeri sunt ⁊ fruges cōsummere nati: aut Orati⁹) videbit q̄ null⁹ dies nulla hora nullus locus ab hac opatiōe secludi deberet. ¶ Postremo p quarta calūnia nō ifici⁹ rē per me aggressam apud p̄decessores meos fuisse insolitā comitē me solat puerbiū: suus cuiq̄ mos ē. Si nō liceret cuiq̄ aliq̄d p̄clare nouitatis arripere: male iret respublica: imo iā nō iret sz liberi⁹ coꝝrueret. Neq̄ tamē est istud negociū prorsus īsolens vel extraordinariū: si de licētia ⁊ mandato ep̄i diocesani q̄ est dñs messis sue: q̄dā deputentur ad messez hāc: nūc ℔ nūc illo mō colēdā. Sz ⁊ si licētiā hāc q̄sierim rutak me illa ep̄i snia. Rogate dñm messis vt mittat oparios in messez suam. Iridē Esaias pregit: q̄ petēti quē mittaz et quis ibit nobis. Dixit. Ecce ego sum mitte me. Nihil ē em̄ i actis istis meis quicq̄ vel irregulare vel illegitimuꝝ: q⁹ superioꝝ ptās accessit: ⁊ q⁹ nullos parnuloꝝ audire p̄sūpsi sicut nec facere ꝓpono absq̄ p̄ceptoꝝ sub q̄ informant notitia. Deniq̄ nō parua cura scholaꝝ ⁊ scholariuꝝ parrhisius cōmissa ē: salte in multis cancellario eccl'ie parrhisien: tū iure officij: tū de mādato apostolico. Quid ꝓ cura hāc magis decere pōt q̄q̄ religiosa bonoꝝ moꝝ disciplina. ¶ Sz repetēs amici qđ dictū est. E calūniabant inquiunt aduersarij nouitatē istā vel de curiositate vl' de fictione vel ó infructuositate vel de nimia lenitate aut aliq̄ hmōi. Hec nō mihi noua sunt. O amici charissimi. Omnia dudū p̄cogitaui ⁊ meā ipse peregi. Nā qualis vnq̄ fuit actio bonis cogniti que vel rep̄hēsione vel sinistra aut stulta interp̄tatiōe caruerit. Obsecro tū per illā quā expectam⁹ salutē ⁊ obtestoꝝ coꝝā paneēdo tribunali iusti iudicis deꝰ: q̄m nemo nouit q̄ sunt hominis nisi spūs hois q̄ in ipō ē: quatin⁹ iuxta regulā christi: in hac re a fructibꝰ meis me cognoscāt. Et si q̄d in doctrina vel opatiōe falsuꝝ īpudicū nefariūve dep̄hēderint nō refugio iudicem tūq̄lupus rapax in vestimēto ouīū. Si aūt fructus operis boni cernūtur extrinsec⁹: nō dānek postulo arboꝝ intentiōis de malicia intrinsecus Alioquin petīt in currit temerarie dīudicationis fraternē ⁊ scandalū ponit paruulis quoꝝz aduētus p boc ad christū nō nūq̄ impedit. Portabit q̄squis talis erit onus suū imposterꝝ: ego liberat⁹ extitero. Et ani aduertāt p̄coꝝ obseruatores mei quātū fiducie gerat anim⁹ me⁹ in hac causa sibi bene cōscius quādo ipos etiā tot parnulos (quoꝝ cōditio ē: nil facile eclare) restes habeo ⁊ inuoco. Sz hec hactenꝰ ad alios. ¶ Hunc ad parnulos cōuersus eos (sapiētie verbis cōsidēs) erboꝝ taboꝝ: vt si quis parnul⁹ ē veniat, ad me nihil erubescat: nihil trepidet: nihil erborescat. Audiat quisq̄s ille erit bona salte quedā monita ex ore meo: si idipz arrogo mihi. Jure meo id possuz nō in me sz in dño. Jnducā ad bonū si potero: noīatim inter cetera ad recogitādū oēs annos suos in amaritudie anīe sue. Et ad sēpandū spiritū suū scopa lingue ꝑpe. Ad ℔ m̄ vl' aliud nullū coḡā iuuīū. ¶ Porro nihil de tacēdis inquirā neq̄ p̄suadebo: imo p̄hibebo socioꝝ vl' alioꝝ secreta ꝓdere. Nullus insup suspectuꝝ habeat fidē meā in obseruādo tam signo q̄q̄ verbo

sigillū ꝓfessiōis integrū. Scio quātū p̄iuilegiatum ē. Uellē vt ꝓfessi tāta se ⁊ me discretiōe celarēt: neq; ꝙ ſſdā inducerēt ad oppositū curiositate praua fatuaq;. ¶ Sz extimescet aliqs penitē tie austeritatē. Uane ℔: q; nullā nō vltro sustinē dā ipono. Halo cū exēplo Guilhelmi parrbi fiēsis cuz parua penitētia volūtarie ꝓlēda mittere boies ad purgatoriū: q; cū inuita nō faciendā precipitare i ifernū. Quisquis aderit petōrū suoz q; q; grauissimoz cōscius: dicat cū Dauid nil omittēs: ꝓpeccaui. Dox subiūgā. Pecc: tuz tuū trāstulit a te de⁹: nō vltimū in penitētia pūctū habuisse crediderī si pfecto ore abominata est iniq̄tas: hoc est ad vomitū ꝓfessionis deducta. ¶ Alius fortassis estimabit me cū osuz vel spretorū postea cui⁹ scelera cognouero. Certe nihil minus: amabo cū pot⁹ vt filiū in xp̄o carissimū vt eū p̄terea quē nouere deū: ⁊ bonū purgatūq; factū sciuero: vt eū subinde ꝙ mee fidei se ita totū cōmiserit: vt ea, pderet mētis vulnera inde cora: q̄ carissimus forte parēti⁹ nequaq; ostēdisset. Et ita sentio i corde meo (scit veritas) q; dulcius afficior atq; māsueti⁹ ad illos q̄s e magnis ⁊ grauib⁹ criminū periculis eruditos esse cōspicio q; ad alios min⁹ fanciatos. Nullas ónq; vindicanōis aut odij reliq̄as vnq; in anio residere pmiserim ꝓ cōfessione cuiuscūq; delicti: etiaz si ꝓpria mors parētū delictū illud cēt. Scio tamē q; nō pōt a ꝓfessis oīs repēte pudor abiici. Sed ℔ neq; necesse neq; vtile ē: vincet tādē illū pudor rē ratio: ⁊ ista interim cōfusio ad nō mediocrem pene dimissionē pficiet. ¶ Cōquerē⁹ ali⁹ ⁊ dicet frigid⁹ suz ⁊ indeuot⁹: q̄d mihi pdest confessio: Et sane esto ita sit tāto diligēti⁹ accedere q̄uenit ad ignitū eloquiū ói vehemēter. Accede ad būc ignē calescēs plus satis. Uideo sepe m̄tos frigidos in initio: q̄ etiā colloquiū tale sup actibo suis vel horrēt vel ridēt ⁊ discedūt calētes cōsolati ⁊ vbertim flētes. ¶ Obtigit mihi crebri⁹ talis mutatio. Olim q̄z circa sorores germanas: duz eas ad celibatū ꝑpetuū inducerē: tale aliq̄d carnale patiebar: turbabat nōnunq; me ⁊ rōes meas oēs tumultus vulgaris cōsuetudis: insolitū mihi ꝓponebat id qō agere moliebat mea deuotio. Fluctuabā ⁊ nutabā: ⁊ pene q̄rebā dissoluere sanctitatē ꝓpositi: ac retro pedē flectere. Quousq; tandē deo ꝓpicio cōuertebā oculos a terra in celū: a morte hac ad vitā: a mortalitate ad eternitatē: ⁊ cōsiderabā in ipa rōnis arce ⁊ fidei lumīe quoniā vanitas vanitatū ⁊ oīa vanitas: sic respiciebā solidabar firmabarq;. Quo magis horta⁹ desunt oēs: vt hoc mō nō populari rumore: vel cōsuetudinis errore: esz pure veritatis cōsideratō ne id qō iustū ēt religiose factū diiudicēt: nec q̄d animus in p̄sens sentiat: esz q̄d sentire debeat attendant. ¶ Ceteq; solitus suz nec tacebo: confessos mihi specialiter istituere ad q̄ttuor obseruāda. Nā quo ad crimina ꝑ ceteris detestor in eis os mēdacijs ⁊ p̄iurijs detractiōibusq; deditum Dan⁹ quoq; violētas ⁊ rapaces. Tact⁹ denuq; libidinosos matie mōstruosos dānatosq; legibus. ¶ P̄imū obseruādū ē vt sūmope sibi caueant ne deinceps sint occasio ruine ⁊ dānatiōis alioz: quoniā istud ē ꝓpriū demonis officiū. Bene iussuz ē. Si nō caste: cū caute hoc ē secrete et solitarie sine lesione vl̄ scādalo cuiuscūq;. ¶ Secundū ē vt seductos olim ab eis aut suos in malum cōplices studeāt quātuz discrete potuerint ad emēdationē reducere: imo ⁊ alios pro eis: q̄tinus ⁊ ipsi qui p̄i⁹ demonū nūc per ℔ angelorū fungant officijs. ¶ Tertū ē vt si peccauerint de cetero (put est hūana fragilitas) semp tamen adhibeāt tēpore ⁊ loco ipm ꝓfessiōis antidotū: quā nihil esse valitura obtesto: iteq; ⁊ iteq;: si nō fuerit integra ⁊ sufficiēter explicās atq; dinumerans cognita cōfitētis peccā: cū circūstātijs maxime eis que peccati spēciē mutāt. ¶ Quartū ēt. Indico nēpe singulis nō obligatorie sz exhortatorie sepius vt teneāt facilē quādā obseruanōez pro oīm tēpore vite suete pro rememoratione ⁊ quadā sanc factiōe pctōr̄ integre simul cōfessorū q̄s ꝑ cautela aliq̄ futuroꝝ. Utor ꝓo cōmunit hoc mō: vt dicāt singulis dieb⁹ Pat noster ⁊ aue maria: semel de mane ⁊ semel de sero: cum totidē ꝓstrationib⁹ ad terrā: si ⁊ vbi cōmode fieri potuerit. Raro autē muto in hoc ꝑ magnitudine ⁊ varietate criminū diuersitatē hmōi obseruationū: quoniā vix istud fieret ⁊ in alios penitētes secretorib⁹ potest scrupulosi⁹ varietas talis tradi. Q; si in ℔ innocētes cū nocētibo exequez: nō cōquerant innocētes: q̄a nō minus obligati sunt q̄ ne simules essent nocētib⁹: ipse p̄hibuit manutenutq;. ¶ Banc ꝓo quadruplicē institutionē ꝑ paruulis metro ludēs ꝓtrebēdi: vt eas altiori mēte reponāt. Non opere aut verbis alios corruperis vnq;. Sit sanc ipsa tibi perditio ꝓpria. Si quos ꝑdideris monitis actis ve nefādis. Discrete ad rectū mox renocare studē. Non pudor obsistat: tua quin cōfessio plene. Crimia secta noter: vel nocet illa tibi. Tu de confessis ḡtus: tu ne recidiues. Signo aliq̄ facili ingit esto memor. ¶ Ad extremū vsq; paruuli diligitis infantiā. Ut quid diligitis vanitatē: ⁊ queritis mendaciū? Uenite fidenter: nulle viarū insidie: nullus latet anguis in herba. Cōmunicabim⁹ mutuo bona spiritualia: quia tpalia vestra nulla requiro. Ego vobis doctrinā: vos mihi orationem impēdetis: imo orabim⁹ pinuicē vt saluemur. Sic angelos nostros vicissim letificabim⁹: i q̄z solēnitate hec scribo. Sic forte nec iā forte: esz certa spe miscōiaz ineniem⁹ apud patrez nostrū: dū obediem⁹ voci sue i accessu nostro ad

F

cū:ego ꝓuocādo:vos exercēdo. Nec decerūt pū
gre z deuotiōis ardor? i pnti miseria ꝯsolatorū
postmodū glie ꝯsummate ꝑpetua vnitas subsequ/
tur. Ad quā eos oēs q̄ spū pueri cē debem⁹: iui
tat ipe ihesus spūali collocutiōe z afflatu iugit in
spiras z dicēs. Sinite paruulos venire ad me.

Incipit opusculū eiusdē

de cōtractibus ad instātiā ꝓuis z cōuētus dom⁹
carthusie i sabaudia. Anno domini. M.cccc.xc.
Mense Januarij.

¶ Incipit proemium

B Ui volūt diuites fieri incidūt in laq/
q um z tēptatōz diaboli z desideria mul
ta z iuntia z nociua q̄ mergūt homes
ad interitū z pditionē. Radix em̄ oim malorū est
cupiditas: quā q̄dā appetētes errauerūt a fide:
z inseruerūt se multis doloribus. Tu aūt o hō dei
hec fuge. ¶ Hec ē apl'ica ámonitio ꝓformus snie
xp̄i. Nō potestis deo seruire z māmone. ¶ Sed
ve filijs Ada post petrū: q̄s oportet trāsire p viā cō
tractuū ciuiliū: vbi mecū z tuū pstrepūt z altercā
tur. Ubi dolos: fraudes: laqōs deceptōis: spar/
gūt z abscōdit inimic⁹: dū iniq̄ rebus p̄cia suadet i
poni: dū nō satis attēdūt homines qđ ait Guido
carthusiēn. Rōnalis creature vera pfectō ē vnā
quāq; rē tāti habere quāti habēda ē: sicut plus
est anima q̄s esca fides z eētas q̄s pecunia. ¶ Quo
sit vt spūales etiā dei homes vix euadūt pericula
licet nolint diuites fieri: licet dicāt ex sua. Ha/
bētes alimēta z quibus tegamur his cōtēti sim⁹.
Inualescit siquidē eis vel p se vel p suos ambula
re viā q̄ dura ē z anfractuosa cōtractuū plēa la/
queis: z fumibus circūpleta peccatoz. ¶ Tales igi
tur q̄d agēt q̄liter obedient apl'o nbēti. Tu vero
o hō dei hec fuge? Nunqđ debuerāt (vt alibi
loquit) extra mūdū extitisse nedū anio: iz coꝛpore
q̄ nec fodere valēt z mēdicare erubescūt: z de al/
tario viuere habēt. ¶ Atuero vt dixit idē apostō/
lus dū prioribus verbis cōtinuo subuūrit. Secta
re aūt iusticiā. Hec ē em̄ que cōmutationē oēm
equo p̄cio mēsurat: numerat z pōderat. Justici
am vero docet ipa sapiētia: per quā se teste legū
cōditores iusta decernūt. Hinc illa sapiētissima
salomonis oratio. Mitte sapiētiā de celis sanc/
tuis: vt mecū sit z mecū laboret. ¶ Sit z ipsa no
biscū volēdo inꝺrere que sit via regia cōtractu/
um ciuiliū ad euitādas offendiculoz tēdiculas
¶ Cōmouit hoc attēptare petitio quorūdaz bo/
minū dei casum offerēs perplexū apud eos q̄s
exaudire charitas iussit: z inclinauit sapia pol/
licens. Qui elucidāt me inꝺt vitā eternā habe/
būt. Erūt aūt partitiones due. Prima resoluet
materiā cōtractuū ad terminos iuris diuini z na
turalis: sub quintuplici q̄ternario ꝯsiderationū.
Altera sub totidē ꝓpositionibus particularē casum
qui pcipue ē attinget z absoluet.

¶ Finit proemiū. Incipit tractatus.

Sequitur prima pars

principalis. Incipit primus quaternarius.

Consideratio prima.

D Ontractuū bonitatē aut malicia do/ D
c ctrinalit inuestigare volēti necesse
est in primis cognoscere quid nois et
quid rei: q̄d. s. sit ꝓtract⁹: z de ꝓtractuū specieb⁹.
¶ Tradit ꝺ Aristo. ee primū z ꝓprius in oī disci/
plina siue scientia: quoniā ignorātes termios de
facili paralogizant. ¶ Pōt aūt ꝓtract⁹ ita breuit
describi. Cōtract⁹ est ꝯmutatio ciuilis legitima.
Cōmutatio ponit ꝑ genere. Ciuil addit ad dif
ferentiā mutationū naturaliū q̄s cōsiderat philo/
sophia naturalis: cotract⁹ em̄ spectat ad etbicaz
siue moralē philosophiā. Subiūgit legitima. i.
legi ꝓformus ad differētiā ꝓtractuū illicitoz vel
illegitimoz. ¶ Inuēta ē autē cōmutatio ciuilis
post petrū: quoniā stat⁹ innocēte habuissz oīa
cōia. ¶ Rursus cōmutationū ciuiliū multiplices
sunt species. Una est vēditio: altera ē emptio ha
bentes se correlatiue adinuicē: vēditio in agētes
z emptio in recipiētes. Locatio z cōductio simulē
habētes correlationē. Mutuatio actiue z passi/
ue simil'r se habētes correlatiue. Datio liberal z
receptio gratuita. Pōt iterū extendi cōmutatio
ciuilis ad matrimoniale cōfictionē mariti z fe/
minē: de q̄ nihil ad ꝓsens. Cōstat igit q̄ cōtra/
ctus ē species iusticie nedū put est general' vir/
tus sed spēalis: z spēalius illi⁹ q̄ dicit iusticia cō
mutatiua. Propter si debeat plena resolutio fie
ri necesse ē ꝓcurire ad diffinitionē iusticie ꝑ dif/
ferētias intermedias. Unde q̄ cōmutatio ciuil'
nō habet fieri nisi p trāslationē dominij vel vs⁹
vel vtusq⁹: cōsequēs ē vt sciat quid sit domini/
um: z quid dños: z q̄t sunt species dominij. Un/
de dominiū ptās est ꝓpinqua assumēdi res alias
uel vt alias in sui facultatē vel vsuz licitū sm iu
ra vel leges rōnabiliter instituras

Consideratio secunda.

D Ontract⁹ ex quo est ꝯmutatio ciuilis
c legitima: z legitimū dicit qđ est ꝓfor
me legi: necesse ē cognoscere q̄d sit lex
quales insup z quot sunt ei⁹ spēs fundat vt ꝑce
dens. Legū nēpe alia ē pure diuina: alia ē pure
naturalis: alia canonica: alia pure positiua: alia
ciuilis pure z ipsa positiua. Sūt z alie mixte ex
aliquibus p̄dictis legibus. ¶ Ignorātis itaq; vel nō
cōsideratis hmōi diuisionibus z diffinitionibus non
potest haberi certa z pfecta resolutio nonsicana
diffinitiōez ꝓtract⁹. Quid ꝑterea dicatur meuz:

quid tuū: neq; p ꝺ̄sq̄s ḡs ꝓtract⁹ sit licit⁹ vl illicitus: licit⁹ vel illicit⁹ inq̄z de se vel suo genere aut ex solis accidētalibꝫ circūstātijs que non cadūt sub arte. Sz quoniā alibi tradita ē sub ꝓpēdio ista resolutio illā ad p̄sens nō repetimus

Consideratio tertia

Contractuū diuisio spēs t sufficiētia sic bñ p̄ñt t expedit agnoscere. Aut em̄ p ꝓtractū trāsfert dominiū aut solus vsus. ¶ Si primo mō ℔ ē duplr: q: vel fit mediāte p̄cio: t sic sūt due spēs correlatiue: emptio t vēditio. Vel fit sine p̄cio: t ita sunt due species correlatiue: mutuatio actiua t passiua. Ūn mutuū ꝺr q: de meo facio tuū. P̄ōt addi tertia spēs q̄ ꝓpe nō ē ꝓtract⁹: sz ē liberalis datio seu donatō vl ēlvna. Addit q̄rta spēs q̄ ꝺr cāpsio seu cābiū: vbi fit trāslatio dominij de aliq̄ re ad aliaz rē remanēdo ambabꝫ i sua cētia: vt vini ad frumētū: vl vestis ad sotularē: vel pecunie ad pecuniā q̄ꝫ hec spēs reducāt ad emptionē vl vēditionē. Vel si sol⁹ trāsfert vsus redit ad locationē vl ꝺductionē: ꝓmodationē vel accomodationem. ¶ Si aūt ꝓtract⁹ sit talis ꝓtute cui⁹ trāsfert vs⁹ rei retēto dominio: ℔ ꝓtingit dnpl̄r. Quia vel ℔ fit sine p̄cio mediāte: t sic sunt due spēs correlatiue: cōmodatio t accomodatio. Aut fit mediāte p̄cio: t sic sunt due spēs correlatiue locatio et ꝺductio: P̄ōt addi tertia spēs q̄ ꝺr cēsualis pensio vel emphiteosis: vel datio ad firmā. Addere tur q̄rta spēs q̄ est impignoratio: nīsi q̄ ibi nō ē ꝓprie trāslatio: sz tātūmo depositio p securitate mutui vel cōmodati vel crediti. ¶ Deniq; notari p̄ōt q̄ in aliquibꝫ rebꝫ nō est dominiū separatū ab vsu: vt in pecunia numerata: cui⁹ dominium ē vsus: alioq̄n frustra eēt. Ut insup̄ eōuerso in cibo: cui⁹ vsus ē ipa rei cōsumptio. Et ita ꝓprie nō separat hic vsus a dominio. Ūn consurgit nō parua turbatio apud aliq̄s nihil habere se dicētes in ꝓprio vel in cōmuni.

Consideratio quarta.

Contractuū diffinitiones in spēali tales p̄ñt elici ex p̄missis. Vēditio ē contract⁹ p quē fit trāslatio dominij alicui⁹ rei de vno ad alterū p̄cio legitimo mediante: ita q̄ ibi ē merx t p̄ciū t emēs t vēdens. Hec refert si sint plures emētes vel vendētes vt in cōitate. Et ꝺr merx aliq̄n pecunia: aliq̄n ius ipam recipiēdi: aliq̄n est ꝓprium corpus serui alicuius. ¶ Mutuatio est ꝓtract⁹ p quē fit trāslatio dominij ad alterū nullo p̄cio mediāte: nō q̄ dē ad sp vl ꝑ semp: qz ita eēt liberalis donatio. ¶ Cāpsio est ꝓtract⁹ p quē fit trāslatio dominij vni⁹ rei ad alterā: sic q̄ vna ē p̄cium alteri⁹ nec differt merx a p̄cio. Et unde ꝓsurgit ḋūia ab emptiōe t vēditiōe coīter dictis: vbi p̄cium t merx distinguūt. ¶ Domū ē trāslatio rei ab vno i alterū liberal t irredibilis: nō em̄ pactio ē vl intētio q̄ fiat redditō: qz ita nō eēt donū pure ḡtuitū. ¶ Rursus ꝓmodatō ē ꝓtract⁹ p quē fit trāslatio vsus rei ꝺ vno ad alterū: nullo p̄cio mediāte retēto dominio. ¶ Locatio ē ꝓtract⁹ p quē fit trāslatio vsus rei ꝺ vno ad alterū aliq̄ p̄cio mediāte retēto dñio. ¶ Ēx suis p̄cio videt mitta ex vēditiōe t emptiōe: locatione t ꝺuctiōe: q̄m ibi fit q̄dā trāslatio dominij rei t vsus sui ad tp̄s solū: vl cū certis modificatiōibꝫ appositis. ¶ Possent ex his elici descriptiones illiatoꝝ ḋctū: possz etiā fieri verbū de p̄missis p metaphorā t trāslationē ad spūalia: vt dicāt⁹ regnū celoꝝ emi: t q̄ de⁹ recipit ad vsurā sz omittim⁹. ¶ Postremo q̄m suscepti⁹ p̄ñz opus culi: p̄cipal t ē nō de ℔libet ꝓtractu plene loq: sz ad iuestigādū ḋs ꝓtract⁹ vere dicat vsurarius vt radicit⁹ t apte possit cognosci curabim⁹ causas aliq̄s remouere: ꝓpter q̄s posset videri aliq̄bus q̄ ꝓtract⁹ aliq̄s eēt vsurari⁹ vel illegitim⁹: siue nō licat⁹: loquētes p̄cipue de legitimo vel illegitimo fm legē pure diuinā vel pure naturalem: p̄supposito lapsu generis humani seu peri Et primo de venditiōe t emptiōe fiat sermo: et ℔ in scḋo q̄ternario nostraꝝ cōsiderationū.

Incipit secūdus quaternarius

Consideratio quinta.

Enditiōis t emptōis ꝓtract⁹ nō iō p̄cise ꝺr illegitim⁹: q: sit vtilior vni parti q̄ꝫ alteri vt vēdēti q̄ꝫ emēti vel econtra. ¶ Posset aliq̄s opinari ꝓtrariū: q: ḋct⁹ spēs ē iusticie cōmutatiue q̄ respicit eq̄litatē rei q̄ vēdit ad rē q̄ emit: vt seruet eq̄litas iusti p̄cij: ꝓpter quā eq̄litatē facili⁹ obseruādā inuēta ē moneta: vel numisma vel pecunia: sicut pulchre deducit p̄hs t facile ē aduertere cōsiderāti distantias locoꝝ t varietatē nūc abūdātie: nūc indigētie in rebꝫ cōmutādis. Abilomin⁹ apparet ꝓtas nostre ꝓsideratiōis in practica vulgata t approbata p oēs fere natiōes dū vendunt t emunt reditus ꝑpetui vt decē denarij reddituales ꝑpetui p centū vel ducētis in pecunia nūerata. Eōstat in hoc casu q̄ndiano q̄ infra. xx. annos emens poterit recipere totā pecuniā traditaz remanēte sibi sua possessione et integro: imo facta forasfactiōe meliorationē. ¶ Sunt aliq̄ casus ostendentes veritatē huius cōsiderationis: sed hic vnicus ad p̄sens sufficiat. Unde text⁹ Leuit. xxv. sic habz Qui vēdiderit domū suā ītra muros vrbis: habebit licentiā redimēdi donec vnus ann⁹ simpleatur: si non redemerit t anni circulus fuerit euolutus emptor possidebit eam: t posteri eius in perpetuum: t redimi nō poterit etiaz in ubileo

Notenk hec tria. Primo q̄ vēditio ꝓpetua licita ē. Scōo q̄ vēditionē nō inficit conditio redimēdi. Tertio q̄ si emptor post decē vel viginti annos velit vēdere illud qđ emit suo vēditori q̄ licūq; ꝑcio nō tenek fructꝰ medios tēporis deducere in ꝑtē recōpensationē.

Consideratio sexta

V Enditōis ⁊ emptōis ⁊actus nō iō ꝑ caſe ór illegitimꝰ q̄ res vēdita pōt ad certū tp̄s redimi seu retrahi lege ſup ꝫ ſtituta. ¶ Dicēt ſ oppoſitū ꝺēnarēt ſupmū legiſl latorē deū i legibꝫ ſuis iudicialibꝫ datis ꝑ Moyſen ꝓpꝫ iudeoꝝ: ſicē ē text⁹ agt⁹ Leui. xxv mor allegat⁹: vbi ꝓꝫ q̄ vēdēs hereditatē poterat redimere: ūmo ⁊ ſine redēptiōe reuertebat hereditas i anno iubileo. Cūcta mãt regio poſteſſionis veſtre ſub redēptiōis ꝺitiōe vēdet. Hec aūt lex ĩducit biennō q̄ obliget ꝓnūc ꝓpīnq; chriſtianū niſi ꝑ quātū nouit inſtituere ꝑ legiſlatorē legitimū i ūta patria vl̄ in illa: ſicē ⁊ factū ē de multis legibꝫ iudicialibꝫ legis ant. q̄: quēadmodū ꝑterea leges ciuiles nō artāt in foro eccl'iaſtico: niſi ꝑ quātū ꝑ legiſlatorē eccleſiaſticū firmate ſunt. Sufficiat aūt ad ꝓpoſitū mōſtraſſe q̄ licitā legē veterē veritatē noſtre ꝓfeſſiōis: q̄ ſcz de lege pure ꝺiuina ⁊ naturali: ꝓtra q̄s agere nuſq̄s fas ēnō habetur q̄ ó rōne vēditōis liceat ſit q̄ nō valeat redimi res vēdita: ſic q̄ nō intēpōat ꝺitio redimēdi lege publica vl̄ ꝑuata voluntate

Conſideratio ſeptima

V Enditōis et emptōis ⁊actꝰ nō iō ꝑcaſe ór illegitimꝰ: q̄ pactū poteſtatꝫ redimēdi rē vēditā ad tp̄s certꝫ vel incertū vēdēs ⁊ emēs interpoſuerūt. ¶ Sequit ex p̄cedēti: q̄ ſi iuſta lege publica pōt hmōi contractus fieri nō repugnat legi ꝺiuē vel naturali q̄nin ita fieri poſſit lege vel cōuētione ꝑuata ⁊c quid ſit alicubi de ꝓhibitione poſitiua.

Conſideratio octaua.

V Enditiōis ⁊ emptiōis cōtractꝰ nō iō ꝓcaſe ór illegitimꝰ iure diuino ac naturali: dū ꝓpter libertatē redēptionis vendite rei res ipſa minori ꝑcio vendit vl̄ emit. ¶ Deducit ꝓmo per inſtitutionē legiſlatoris pblicā ſi fiat ex hoc mēſuratio ꝓcij ꝑm ampliatio nē dominū ſup rē emptā. Cōſtat em̄ q̄ i caſu cōſideratiōis cedit res empta ipſi emptori in minꝰ amplū dominū q̄s ſi nō poſſet redimi: ⁊ ecōtra venditor nō ita plene denudat ſe totalr a dominio ſue rei quā vēdit. Si igit̄ pt ꝑcū augeri dū ſuus vl̄ dominū eſt pinguiꝰ lanꝰ ⁊ vberꝰ: dominio diminuto pōt ⁊ ꝑcū diminui. ꝓ q̄ facit ⁊e tꝫus Leuit. xxv. q̄ ſic ꝺz. Quāto minꝰ tp̄s inuenerit tāto minꝰ emptori ꝺſtabit. ¶ Cōfirmat ex ꝓſideratōe ⁊actꝰ q̄ ē locatio vel ꝺuctio vbi fit trāſlatio ſoluꝰ vſus retēto dominio. Quis em̄ neſciat tēperari vel augeri ꝑcū iuxta tp̄s ⁊ vꝰ cōmoditatē maiorē vel minorē? ¶ Elicit ex premiſſis hec veritas q̄ nō ē de intrinſeca rōne vēditionis aut emptiōis q̄ fiat ſine lucro alterius partiū ⁊ ſine ſpe vl̄ pacto redēptiōis ſeu retractionis per vendētē aut eiꝰ cauſam habētes.

Sequitur nunc videre

q̄d de iure poſitiuo ſit vel eſſe pōt de rōne ⁊ractuū. Et ꝫ i tertio q̄ternario cōſiderationē.

Incipit tertius quaternarius

Conſideratio nona

A Rbitrio legiſlatoris ſubiacet ⁊actum modificatio: limitatio vl̄ amplificatio. ¶ Deducit ex ꝫ q̄ ad legiſlatorē ſpectat legē inſtituere. Formal' aūt rō ⁊actuum ꝓſtat in cōformitate ad leges: ſicut patet ex diffinitiōe ⁊actꝰ q̄ ē cōmutatio ciuilis legitima: id eſt ꝓformit ad leges facta. Dñ ⁊actꝰ matrimonialis de q̄ min⁹ videt cū ſit de iure naturali: ſubiacit tñ arbitrio legiſlatoris. ſ. pape vel eccl'ie: alioq̄n nō poſſz fundari illegitimatio q̄rūdā ꝑſonaꝝ ad mātimonialē ꝺctū. Immo ⁊ arbitriuz tale legiſlatoris extēdit etiā ad foꝝ ꝓſcīe ⁊ pnīe vt nō q̄libz pcōr poſſit ſe cuilibz ſacerdoti ſubiicere ad ꝓcutionē ſacramētalis abſolutiōis. 1

Conſideratio decima.

¶Pascere oues pabulo p̄dicationis: dando animā rationalē p eis: sicut est officiū magne dignitatis ac pietatis sic grandis in eo difficultas inuenitur. ¶Si pietas iuxta apostolicā vocem valet ad omnia: que maior altera: que dignior pietas excogitari possit: q̄z que liberat animā a morte perpetua: q̄ pregit eā ne lupis infernalibus pateat in deuoratiōnē: que tandē ducit z perducit vbi ingrediet z egrediet z pascua inueniet. Huic officio que vel qualis altera misericors largitio valebit equari? Si magnū est pascere carnē primus moriturā vt interim viuat: animā inetern̄ victurā q̄z p̄ciosum est pascere ne pereat? Dura est nimis illa p̄bete lamētatio. Paruuli petierunt panē: z nō erat q̄ frangeret eis: si ad carnē referas: sed durior in īmēsum si de spū sermo fiat. Accipite quō p̄cluserit iacob. epistolā suā. Fratres inquit: si q̄s ex vobis errauerit a veritate z q̄uertat q̄s eū: scire d̄z qm̄ q̄ q̄uerti fecerit pecōrem ab errore vie sue: saluabit animā ei? a morte z operit multitudinē peccatorū. ¶Porro difficultatē cure pastoralis patres sancti. Greg. in suo pastorali: z Ebrys. in alio silit pastorali suo ad basiliū diligēter aperuerūt: assignantes p̄cipuā difficultatis rōnē ex p̄dicatiōe verbi dei. Ita q̄ppe in omni pascēdis pabulo p̄dicatiōis varietas z velut cōtrarietas accidit: vt q̄ vnā nutrit: macerat alterā aut macter: pascentes vario multū diuersa palato. Lulpauerit aliq̄s auaros: pdigus inde sumet argumēta sue pfusiōis inque. Lulpauerit pdigos: auarus inde tenacior sordidiorq; efficiet. Sic est inuenire in omni vicioz extremitate: nisi cautissima sollicitudine sic arguat vnū vicū: q̄ alterū simr inculpet. Hoc autē semp z soleter agere per gladiū verbi dei secantē a dextris z a sinistris: vt medū virtuosi itineris liberū pateat: ad incedendū viā regiam mādatoz dei: tam arduū puto p̄dicatorē quoq; tam prudentē z vigilē exigere sensu: vt vix possit vnus ex milibus inueniri. ¶Adde q̄ auditorū quidā debetes sunt q̄bus pene nihil potest quā tacunq; plicitas decies repetita inculcare. Alij preuolant ingenio: p̄festimq; fit apud eos oīa morositas onerosa. Quā paucissimos insup vi debis auditores: qui fideliter z diligenter attendant ea que dicunt: qui non ea que audierint: sz que audire putauerint trahāt ad sua desideria fouenda poti? q̄z eradicāda seu moderāda. Vertitur eis verbū dei in prouerbiū z fabulam: trabuntq; illud ad omnē partē cōtradictiōis sicut de sono campanaz agūt pueri. Sicut etiam in fabulis de lupo sillabicante narratur: qui audiens pa. z ter: cōmūtit ex bis agnel. Quare? quia sic in imagine sua versabatur. Tales denq; ea

que male intellexerint pei⁹ iterp̄tat: t pessime deterunt ad ceteros inuidia vel stultitia stimulati gerunt silitudinē cribri: vel colatorij lactis: effluit ab eis quicqd pur̄ susceperāt. Purgamēta sola vt festuce sordes t palee retinent. ¶ Exigit ergo ad officiū p̄dicatōis ingeniū velox sollers atq; versatile velut in nō p̄specto temperia dextris a sinistris: ante: retro: sursuz t deorsum. ¶ Exigit eloquētia torrēs t vehemēs suadibil' t suauis: copiosaq; ne adbereat lingua palato t arescat. Nec nim⁹ tēperatā esse cōuenit ne nimis effluat semē generatiuū filioz dei: t sordescēs inutle fiat ad generationē. ¶ Exigit cognitio scripturaz sacraz cū ceteris oīibz q̄ ad mores spectāt. Inde est illa dum pastor cōsecrat interrogatio: scis vtrūq; testamētū? Quoz alicui qua cōsciētia rideant: scio ipi viderint. ¶ Exigit multiplex experientia actuū humanoz t cōditiōis annotatio eoꝝ qui docēdi sunt. ¶ Exigit exēplaris vita t cōuersatio irrep̄hensibil' in medio natiōis praue: aliena ab oīu crimine: p̄sertiz ab auaricia t luxuria: q̄ marie sunt ceteraria fame: alioq̄n pl⁹ destruit exēplo q̄z edificet verbo. Vox opeꝝ fort⁹ sonat q̄z verboꝝ. ¶ Exigit denicp̄ gustatio spūs p̄ contēplationē: alt⁹q̄n ceteros accēdere ad eternoꝝ desideria: qua frōte p̄sumpserit: si frigid⁹ in se totus t algidus remāserit. Vide nūc si officiū p̄dicanōis existimaueris leue: passimq; oībz iponēduz. Nabilonun⁹ ipm qō tāte pietatis t difficultatis ostēsum ē: fiat fiat.

Tertia Consideratio

x ¶ Pascere oues auctaiue pabulo p̄dicanōis dādo aniaz rōnalē p eis: est officiū qō nulli fas est exercere nisi missō: nec mitti quispiā debz nisi sit idoneus t pbat⁹. ¶ Primā partē breuibz verbis absoluit apl's. Quō inqt p̄dicabūt nisi mittant? Cōfunderet em̄ penit⁹ eccl'iastica hierarchia: si cuilibet indifferēter auctoritatiuū p̄dicanōis officiū laxaret. Patuit in turelupinis t alijs idiotis quos hec audacia fefellit t in varios traduxit errores. Auctoritatiuū vigilāter dictum⁹: q̄a fraternā correctiōez secretā scz aut amicabilē: q̄ edificare nō scādalizare p̄sumit: lex cp̄iana cui⁹ finis ē charitas p̄cedit oībz dū ait: si peccauerit i te frater tu⁹ tē. Sic em̄ dic̄ sapiēs mādasse deū cuilibz de p̄rio suo. Et nihil hūanū putabat comicus senec a se alienū. Null⁹ em̄ peccat q̄n noceat vniuersis tanq̄ si mēbrū corpis vel pars exercitus spūal' depeat. ¶ Fit aūt missio ad p̄dicandū solēniter: vl' per deuz īmediate: q̄ tamē p̄bari debet apud recipiētes: vel p miraculū vel p prophetiā vel aliud sufficiēs tale signū. Aut fit per deū mediāte superioz auctate: q̄bus imposituz hui⁹ auctoritat⁹ vinculū sit: fit rurs⁹ nōnūq̄ missio talis ex ipa necessitatis lege: quādo nō aliter posset fidei seu morū veritas inuiolata seruari. Vbi verū est illud: pasce fame morientē: si nō pauisti occidisti. ¶ Porro nullū debere mitti q̄ nō fuerit idone⁹ t pbat⁹ docēt artes ceteri: q̄s exercere nō p̄sumit ignar⁹ ipārū. Sicut ex Horatio sumpsit Hieroñ. Q̄ medicoꝝ est p̄mittūt medici: tractāt fabrilia fabri. ¶ Remouet apl's ab officio p̄dicatiōis mlieres. Mulierē inqt docere nō p̄mitto. Inuestigem⁹ rationē t inuenimus multos ex viris p̄hibitos. Spectat nimirū ad pastoralē doctorē p̄stātia: spectat p̄udētia: spectat pudicicia: vt sit in eo facultas: veritas t bonitas

¶ Cōstantia dat ne succūbat aduersis: ne cedat cōuicijs vel iniurijs: ne rumoribz falsis t indignis: vel inflex ad gloriā: vel cōtabescat ad ignominiā. Nec em̄ gladiator (sicut dicit Chrysost.) plus habere debet aniaz in manibz: q̄ est caz vitro morti dar̄ q̄z p̄dicator. Attero q̄s nesciat mulierē imbecille esse: fragilē: incōstātē: sic pueri: vl' adolescētes: pueros dico vel erate vel moribz: sic oīes querentes q̄ sua sunt nō que Jesu christi. Cedūt nāq; ad primā iniurie vel cōtumelie p̄sonalis seu iacture tēporal' suspitionē: tanq̄z arundines vēto mūdani timoris agitate. ¶ Prudentia dat pastorali doctori: vt nec fallere velit: nec falli leuiter possit. Sed audi q̄d de iudicio mulierū dicit Aristot. quonā instabile ē t inualidū: sic apud comicū dicunt mulieres p̄pe sicut puerilem sentētia. Q̄ viderat egregi⁹ poeta dicēs Varium t mutabile semp femina. Quot autē inueniunt inter viros q̄rū iudicia circa agibilia t credibilia: vel nullū est vel obscurū: timidū t incertū vel erroneū: q̄a nec ip̄os eruditos lex dei: nec regularis bene viuēdi disciplina p̄docuit. ¶ Solidū id circo nequeūt alijs circa scrupulosas questiones suas dare cōsiliū tanq̄z interrogatio fiat eis de ignotis nec exp̄tis. ¶ Continētia denicp̄ dat pastorali doctori: vt nec in se lubricitatē admittat: nec ad illā auditores alliciat. Attero mulieris vox: facies: gestus. q̄si tede sulphuribz illite audiētes t spectātes adurūt facilit⁹ t in prauā desideriorū carnaliū flāmā accēdūt. Sic virorū aliq̄ mulieb̄r fracti sine nernis discipline: pl⁹ eloquio t gestibz effluūt i lasciuiā: ipamq; p̄uocant nutriūt t augēt q̄z extinguāt. ¶ Festinabā in ipa y meditatiōe mea p̄gere post hāc triplicē p̄me p̄tōis p̄sideratoz ad aggressū scōe p̄tōis locutr⁹ ó pabulo sctē p̄uersatōis: tū ecce visa ē astitisse industriosa sedulitas: affirmās nō satis eē si deducank in mediū defect⁹ existētes circa pabulū domici gregis: nisi parit̄ inuenirent p̄uisiones: et ß tāto efficaci⁹ q̄sto p̄ticulari⁹. Vniuersalia ei parū sz singlaria multū docēt. At ego dū has p̄uisiones ab eadē industriosa sedulitate perquirerem (cito em̄ secū sensi) enumerauit plūmas hic t i posteriorib̄ q̄rū paucas ante p̄spectū p̄noca-

tiõis huiꝰ celeberrime remẽorari iussit: repetens crebro: fiat fiat.

Prima prouisio

¶ Fiat in pmis iuxta pmissa executio decretalis illiꝰ q̃ in oĩi metropolitana eccl'ia: scholam theologie cõstituit. Nec videt schola mẽdicãtium satis cẽ. Expediret amplius vt hec institutio cuius quotatiõez sicut & aliaꝝ: domis iuristis linq̃ extẽderet ad ecclias cathedrales & alias collegiatas notabiles: sic q̃ vna prebẽda cẽt ad officiũ hoc salutiferũ spẽaliter & irrenocabiliter applicata. Quẽadmodũ dñs noster Benedictꝰ pcurãte pceptore meo inclyto dño Cameracẽñ. cõstituerat: sed nescio q̃ pacto tã sanctũ opꝰ medijs (vt dicit) manibus elapsuꝫ ẽ. Cõcedebat vt legẽtes et studẽtes pciperẽt certis diebus & horis distributõnes q̃tidianas hac rõne qua intẽdẽtes tẽporalibus ecclie cõmodis sine vlla cõtradictiõe recipiũt. Expediret insup vt mõasteria notabilia nõ carerẽt viris docẽtibus suos religiosos etiã ab adolescẽtia meditari in lege dñi die ac nocte. Alioqui postmodũ in ipo ocio suo qd cõtẽplationi deditũ esse cõuenit q̃liter exercebunt ad diuina? Tenẽda deniq̃ cẽt decretal' phibẽs ipos audire leges vel physicã: artes sez practicꝫ negocijs accõmodas. Nã apd eos q̃ scientia magis q̃ theologia deberet vel doceri vl' cognosci

Secunda prouisio.

¶ Fiat amplius apud ipos qui se pdicatiõibus exponũt: examinatio priꝰ circa generalia nostre fidei & circa pcepta & mores: vt cognoscat si talia pdicare nouerũt & ad ea principaliter pdicãda: sedulis fabul' anilibus & ludicris cõpellant. Arceat insup tã general' licentia apud q̃sdã religiosos q̃ pinus vt aliqs sciuerit duo ꝑba ꝓferre volubilitate lingue: intronizãt eũ in cathedra pdicandi. Instruant deniq̃ nõ detrahere superioribus absentibus in subditoꝝ pntia. Nã hoc agere qd̃ pficit nisi ad subuersionẽ auditoꝝ: apd q̃s inde nutrit rebellio: murmur: odiũ: impatientia: cõtumacia: pternia: & detractiõis libido: cuius signũ est: q̃ extollũt se detractores hmõi q̃si soli sint qui veritatẽ audeãt palã dicere. Doceat populꝰ ecõtra obedire ꝓpositis suis etiã discolis: ostẽdendo q̃ dominꝰ regnare facit malos & hypocritas ꝓpter peccata ppli & in eorũ grauẽ penã. Sic habeat pdicator: linguã & linguã. Linguã p subditos: & linguã p dñis & plates.

Tertia prouisio

Z ¶ Fiat rursus puisio sufficiẽs curis parochialibus: vt sibi possint de pabulo pdicatiõis puide re sicut institutio poꝝ habuerat: q̃ apud multos adhuc obseruat: vbi mendicãtes nõ abũdant. Sic etiã in q̃libꝫ parochia cura spẽalis iuxta sacros canones de instructiõe puloꝝ: psertim in morũ disciplia ẽm pmittua nostre religiõis ruinẽta. Ecclie siquidẽ reformatio (sicut quidaꝫ aiũt) debꝫ inchoari a pulis: q̃niã eius deformatio venit ab eis prauꝫ & nequiter instituis. Quã obrem fiat sicut ꝓtectũ est, puisio sufficiẽs aliq̃ pro magistris: fiat p pdicatoribus idoneis: si sint seculares de pbẽdis: si mẽdicãtes aliũde p platos et curatos: quatenus ad pietatẽ magis q̃ ad questũ suã valeãt attẽtionẽ ordinare. Itaq̃ si pcuratoribus: si aduocatis: si alijs practicãtibus assignant sedulo pensiões certe & magne q̃ntis aliũde lucrẽtur q̃liter nõ absurdũ erit: nõ magis hoc fieri p laboratibus gratis ad spiritalẽ oiũ domicaꝝ nutritionẽ dñi exercẽt officiũ: qd̃ de necessitate mõstra uimus annexũ esse pastoralibus dignitatibus. ¶ Sz improperãdo dicũt nõnulli platorũ. Cur inquiũt vos theologi matie doctorati nõ pdicatis? cur statis in studio vl' in camera tota die ociosi? Cur talentũ sciẽtie vobis collatũ retineris? Accipiãt sic loquẽtes verã hãc p multis respõsionẽ. Renio nos cõdurit neq̃ licẽtia magistral' in theologia dat obligationẽ pdicãdi: sz ostẽdit idoneitatẽ: quã exercere nõ tenent nisi velint vel aliunde nutrãtur cũ mercede sua. Addito q̃ plus sollicitudinis & tẽporis apponet aliqs pdicator: verbi dei in vno sermõe rite cõponẽdo: retinẽdo & punctuando: q̃ aduocatus vnus p multos dies patrocinãdo. Cur ergo sua mercede caritur? est recipiẽda ab illo cuius debitũ exercet officiũ & nõ solũ a populo? Procigit fiat fiat. Qd̃ audaciꝰ introducit: q̃a me sentio ab oi specie questus alienũ: cũ satis iam habeã dei dono de bonis ecclie vt ponã sine sup tu alieno euãgeliũ.

Quarta prouisio

¶ Fiat postremo quo ad ℔ publicatio quoꝝũdã tractatuloꝝ cõpositoꝝ vel cõponẽdoꝝ vel q̃ iam forte cõpilati sunt in q̃bus generalis tenor nostre fidei & ꝓceptoꝝ & sacramẽtoꝝ cuꝝ silibus cõtineant: q̃tinus in eis sacerdotes & curati simpliciores: legere possint & instrui qd̃ ipsi scire: qd̃ alios docere debẽãt: docere inquã etiã p scripturã talem si nõ aliter cognouerint. Et cõpelli q̃z poterunt: talia suis expensis exẽplaria sibi cõparare: quẽadmodũ fit de statutis bũanis synodalibus: p curatis tẽporalibus: & ℔ nisi forsan aliũde charitas abundans platorũ: indigẽtie pauperuꝫ subuenire voluerit. ¶ Dic inseri potuisset de lectiõibus sacris legẽdis ad mensã ecclasticoꝝ & pserim platoꝝ. Itẽ de cohibẽdis q̃ istoꝝ ustis latãtibus linguas suas ad falsitates & ineptas. Sed hec interim sufficiant de pulsionibus circa primã pitionẽ: & su-

as cōsideratiōes ita cōmemoratas.

Secunda partitio pri
cipalis.

Audistis pstantissimi viri patres t fratres quēadmodū dictum? aliq̄ dę pascēdis ouibꝫ:pabulo pdicatiōis docte dādo aniabꝫ ꝓriā ꝑm portionē vl̄ vi rōnalē ꝑ eis:nec sum nescius q̄multo plā t altiora dici potuerāt:sz supplebit impfectū meū ditissima vestre sapie magnitudo. Hāc pusq̄ cōuertat oratio ad aliū modū pascēdi oues ꝑm portō nem irascibilē aniē t ꝑ exēplo sancte cōuersatiōnis:dicat id qō obtigit mihi in ipa meditatione mea:dū circa ꝑ eloq̄ recogitarē duce vel comite ĩdustriosa sedulitate. Circūuolnebā oc'los mee cōsideratiōis p oulia varia ecclie militātis. Illic asperi viros pastores habitātes in casulis t portatilibꝫ tabernaculis:sciētes hic se nō habere ciuitatē manētē:sz debere futurā inq̄rere. Illic silr viscę sunt oues rōnales gregis xpi signate oēs signo thau de sanguine agni. Sed heu pericula heu seductores:heu mille nocēdi artes:mille monēdi discrimina:quelibet ouis suos patit hostes: suas insidias:sua certamia. Hanc vepres spine sentesq̄ dilacerāt:hāc estus vrēs:hāc bruma rigens dissipat:hec infra ē in limo ꝑfundi: hec et altis rupibꝫ ꝑceps ruit adheret huic veterna scabies:alteri cōtagiosa societas morbū affricat: sicq̄ fascinatio morbidaꝝ trāsit in teneriores agniculos. Denicq̄ q̄d ouibꝫ miseris erit tutū:quādo(iuxta puerbiū grecū)lupi fungunt officiō pastoriū. Vel certe pastores ꝑsi sunt in lupos q̄ non parcūt ouibꝫ. An nō lupus tyrānus rapax q̄ lanā t lac ouiū imo carnes t ossa ꝑ violētā exactiōnem surripit:cassat t oppmit? An nō lupus tyrānus fallax q̄ lanā t lac ouiū carnes t ossa ꝑ astutiā ꝓcurationū t aduocationū surripit:cassat: et dcrpit? An nō demū lupus tyrānus vorax q̄ lanā t lac ouiū:carnes t ossa ꝑ gulā t luxuriā surripit:cassat t inficit? Et vbiā obsecro tales lupos rapaces:fallaces t voraces nō poteris inuenire q̄ rapiūt:q̄ fallunt:q̄ deuorāt? Raptū caulando:fallū lingādo:deuorāt luxuriādo: audiamus et Ezechiele veterē summu pastoꝝ q̄rimonia. Lac comedebatis:t lanis opiebamini: qō crassum erat occidebatis:gregē autē meū nō pascebatis:qō infirmū fuit nō cōsolidastis:t qō egrotū erat nō sanastis:qō cōfractū ē nō alligastis:t qō abiectū ē nō reduxistis:t qō perierat nō q̄sistis:sz cū austeritate iperabatis eis t cū potētia:t reliq̄ i hāc sniam. Iuxta q̄ ꝑ cōpleto nře hui? scōe pmōnis:iduco tres cōsideratiōes cū.ꝓ.ꝓuisiōibꝫ q̄ industriosa sedulitas recēsuit.

Consideratio prima.

¶Bon? pastor neq̄t animaꝝ dare ꝑ ouibꝫ sm vim irascibilē:nisi pri? studuerit eiicere tyrānidē rapacē que ē lup? auaricie. Instituēs itaq̄ Paul? verū pastorē docuit hospitalē eē debere t nō turpis lucri cupidū. Sz quō daret hospitibꝫ sua q̄ tollere satagit aliena q̄q̄ raptoribꝫ alienis nō obsistit Videat ergo q̄d admonz hoc loco industriosa sedulitas.

Prima prouisio

¶Fiat mq̄t reformatio hospitaliū ꝑ est em̄ de ciuitas pastoris:fiat hec reformatio tā in tpali q̄ i spirituali regimīe:ne illic cura pauper negligat:pser tim ad salutē aiarū suaꝝ in patētia t penitētia ꝑgrinet in sacroꝝ susceptiōe q̄lis fructꝰ ē in hospitaliū fundatiōe ꝓncipalit intētus. Expediret q̄z sic fieri in q̄libet hospitali: q̄liter obseruat Parrhisi? vniformit satis ad decretalē de aduocandis pri? medicis aniaꝝ q̄ corporꝝ. Illic cōfestim vt aliq̄s egrot? querit introduci:pri? intra ianuā cōfitet t absoluit. Erit insup pudēdū apō pfessos t pfessas i hmōi religiōibꝫ sicut etiā fieri cōsueuit in alijs oīibꝫ q̄ tunc tria vota sua custodiāt obedientie:paupertatis t castitatis. Hā inueniunt ibi appropatiōes manifeste sicut apud seculares:sz eos exterrere debuerat more ananie t saphire. Quid insup sibi volūt tot discursiōes eorū ꝑ domos sc'arū? Et o vtinā nulla sint monasteria mulierū:q̄ facta sūt ꝓstibula meretricū t pbibeat adhuc deteriora dē?

Secunda prouisio.

¶Fiat ampli? puisio cōtra tyrānides varias t oppressiōes miserabiles t indignas pauperis populi:matre eius q̄ subdit? est eccl'sia:t hoc ꝑ pdones domesticos:ꝑ familiares inimicos sub vmbra secularū domiōꝝ. Has oppssiōes videre facili? est in reto q̄ exponere sermōibꝫ. Q, si mouētur pastores ex atrocitate rei,pudere qualis erit sermo me?:qui tacētes eos t torpētes valeat excitare? Moueat eos recogitata t lecta cōstans auctas Ambro. vt cui succedūt in simili dignitate:succedāt in pari cōstātie stabilis inflexibilitate. Videāt pastores ne odiosi mores sui fetētes coꝝ deo t hoibꝫ:dēt hāc causaꝝ grauaminis paupis sui gregis.

Tertia prouisio.

¶Fiat viterior puisio ne pauper sua bona auferant vl̄ detineāt. Hec sunt ea bona q̄ viris ecclesiasticis supsunt: vltra simplicē victū t vestitū:iuxta decētā sui stat? in eccl'ie republica. Notissima ē ꝑ locoꝝ sz durissima Bern. atq̄ Hieron. sentētia:q̄ retētionē hmōi vel luxuriosaꝝ pfusionē nō dubitauerūt sacrilegiuz:imo oī sacrilegio t depdatōe dānabiliorē appellāt. Videāt eccl'ie

stici: ne forte ob ꝟ iusto dei iudicio ꝓueniãt rapi
ne ei⁹ ꝛ cõculcatiões indigne ꝛ iurisdictionũ sua
rũ vsurpatiões: q: qñq; qđ nõ habz ꝓpe tollit fi
scus: ꝛ qđ subtrahit egeno: rapit ꝓdo. Hoc enim
ẽ veteris ꝓuerbij sniã q̃ abdita vulpiũ fuit rapi
ne lupoz: vt q̃ prędat⁹ fuerit ꝑdet ꝛ ipe. ¶Dic in
sup ꝓuidẽdũ erit de celeri testamẽtoz cõplemẽ
to nõ ipediméto ꝑ eos q̃ accelerare debuerãt: ec
clesiasticos curiales loquoz ꝑ qđs abusus incre
dibiles fieri memorank: ita vt nec fidelis inuenia
tur in testaméto hui⁹ vel illi⁹

Quarta prouisio

¶Fiat demũ puisio circa eccl'ias versas in diffi
pationẽ: q̃rũ primus⁹ exurit magnifica fundatio
q̃nus in eis seruitores assignẽtur iuxta facultа
tẽ redditꝰ: vel cũ alys vnianꝰ: aut ex toto cassẽ
tur: ne sint hmõi bñficia depaupata: pl⁹ in scãda
lũ ꝛ oppzobriũ q̃s in dei laudẽ ꝛ ppli edificatõez
sicut in ꝓpatiby nõnullis exprimitur. Dis itaq; sb
uenire fundatõibz antiqs sanct⁹ eẽt atq; salubri
us q̃s fundare nouas ecclesiolas volẽdo sibi face
re nomẽ. ¶Supza modũ cõuenit occurrere tan
te tãq; fede ꝛ abiecte paupertatis mo mendicitati
curatorũ in locis pl'imis: q̃ tamẽ positi sunt in oz
dine essentiali ꝛ hierarchico eccl'ie militãtis tãq;
minozes ꝓlati: ꝛ discipulorũ successores q̃bus ta
mẽ nulla ob egestatẽ suã reuerẽtia vel obedientia
dak a subiectis ouibz: q: nec inuenianꝰ viri sufti
cientes q̃ talibz pochys sic in egestatez versis: ve
lint ꝓsonalit deseruire. Quid q̃ addũ: ur eis fre
quẽter a pastoribz crassis vel officiarys suis ipis
volentibz onera onerib⁹ citatiões angarie ralliatõ
nes: ita vt liberior sit iã laycoz q̃s eccl'asticoz ta
liũ cõdino: nec iã vt ppl's sic sacerdos: sz liberior
ꝛ honestior ppl's q̃s sacerdos. Qđ si tales deser
mẽtes parochys sint tãtũmõ vicariꝰ religiosorũ
vel canonicorũ: vel ꝑ ꝓprios curatos substituant
cogank ipi ꝓncipales de sufficiẽti vite sustẽtatio
ne ꝓuisionẽ assignare ne alqs in penuria labozã
tibz ipi in ocio totũ diripiãt: fiat hoc fiat.

Consideratio secunda

A ¶Bon⁹ pastoz nequit aniaz suã dare ꝑ ouibz su
is fm vim irascibilẽ si retinet vel in se vel in suis
tyrannidẽ deceptricẽ q̃ est lupus fallacie. Jubz a
pl'us. Eps q̃ pastoz ẽ sit domui sue bñ ꝓpositus
Aliter em̃ sicut idẽ arguit q̃ natõe diligẽtiã ha
bebit eccl'ie dei q̃ regere ꝓpriã nesat domũ? Do
mus aũt ꝓlati curia ẽ habẽs ministros familia
res ꝛ officiatos ꝑ reddẽdo vnicuiq; bona ꝛ sim
plici fide qđ suũ est: nõ ad spoliationẽ sz cozrecti
onẽ: nõ ad corruptiõz sz edificationẽ: nõ ad mul
tiplicãdũ lites sup lites: sz ad cõpendiosuz pacis
stabilimẽtũ. Sicut autẽ charitas incipit a se: sic
et reformatio debz inchoari vt ꝓmo fiat iudiciũ
a domo ꝓlati: sicut fit in vniuerso a domo dei: nẽ
ꝓterea cõtingat obq̃ ꝓlato: medice cura teipz
Et illud apl'i. Qui ꝓdicas nõ furãdũ furaris: i
mo ꝛ sacrilegiũ facis.

Quinta prouisio.

¶Quocirca suadet industriosa sedulitas: vt fi
at efficax nõ verbal' puisio cõtra astutissimã illã
limo sepe apertã tyrannidẽ ꝓmotorũ ꝛ pcuratorũ
in angarijs ꝛ curatõibz q̃ omia cũ inuisibilissime cõ
perti fuerint cõmisisse grauz absedũt a querela:
nec tã gratis q: recipiũt expensas ab innocẽtibz
absolutis: deq; calũnys guersissimis. ó diffama
tionibz ꝓterea crudelissime ipositis ipi mercedẽ
que eis male vertat recipiũt. Cest le droyt de la
porte bodet. Et hoc ꝓcor ẽqtas: nõne claudicat
hec disceptatio? Esset nõne iust⁹ vt hmõi pcu
ratores ꝓperẽt stipẽdia laboris sui a dñis suis
vel ꝓlatis qui deberẽt subditis dare iusticiaz: q̃s
ab innocẽtibz sic veratis? De qui cõdiũt leges uti
quas ait domin⁹ Esaian: ꝛ scribẽtes iniustitiã
scripserũt vt oppmerẽt in iudicio pauperes ꝛ vim
facerẽt causę humiliũ ppli mei: vt essent vidue ꝓ
da eoꝝ: ꝛ pupillos diriperẽt. Notet hic iuramẽ
tũ quale debitũ est ꝓstari ꝑ aduocatos: ꝑ ꝓmoto
res: per notarios: ꝑ ꝓcuratoreo: ꝑsertim vt nihil
agant vel foueãt qđ inuitũ esse vl' crediderit ab
initio vel postmodũ cõperierint.

Secunda prouisio.

¶Fiat insup abbreuiatio: tã dispẽdiosarũ litiuz
moderatio tot excoicationũ tã a iure q̃s ab homi
ne fulminatarũ. Et hoc nõnunq̃s ꝑ defendenda
seu recuperãda re modica parũ vtili vel ꝓphana
cũ tamẽ bacul⁹ iste primit⁹ fuerit institut⁹ a chri
sto tanq̃ durissimũ summũq; supplicium q̃ nolen
tes ecclam audire plecti deberẽt. Q: si ecclesiaz
nõ audierit inq̃t christ⁹ sit tibi sicut ethnic⁹ ꝛ pu
blicanus. Hunc apud quosdã talis regnat stolꝯ
ditas qualꝫ apud illũ qui vt muscã abigeret frõ
te ꝓtinus ictu securis excerebrauit eũ. Itaq; tẽ
poralis incõmoditas vix reputari debet musca
pungẽs ꝑ respectũ ad eternã salutẽ quã auferũt
aliquãdo pcussiões iste per excoicatiões grauis
simas que vt in aliquẽ ceciderint vix abq̃ pos
sunt: trabẽtibz de vna in aliaz lupis curie rapa
cibus.

Tertia prouisio

¶Fiat amplior obseruatio decretaliũ ꝓhiben
tiũ ne detur aliq̃d omino in spũalium administra B
tione aut saltẽ adhibeat moderatio tam in col
lationibz ordinũ q̃s beneficiorũ in approbation
bus sacerdotuz officiare debentiũ. In sigilla
tionibz quoq; ꝛ multis situbus plus ad questũ si
cut dicũt aliq̃ q̃s ad spiritalẽ ꝓfectũ sup imposit

Erequank saltē ista tali mō: q ab oīi spē mala simoniaci scādali semet abstineant.

Quarta prouisio

¶ Fiat vlteri⁹ correctio subditoꝝ p̄m q̄litatē delictoꝝ t plus ad emēdationē suā t timorē alioꝝ q̄s ad pecuniaꝝ exactionē: q gregē simplicē scandalizat frequēti⁹ q̄s edificat: q si delicti q̄litas exigat ponere penā pecuniariā: exponat illa in pios vsus mānifeste: ne plus ad auariciā pastoꝝ q̄s subditoꝝ correctiōes exacta videat. Addim⁹ hic incidēter de iuramētis trib⁹ exactis p̄ officiales: t a curialib⁹ officiatos dū examināt aliquēs crimi⁹ suꝑ dicēda veritate: q̄bus tū iuramētis deferre nolūt seu credere: q̄lia tuā violatum in foꝛe pbabili⁹ q̄s oppositū suspicant. Dic non ne laque⁹ ē manifeste ac crudelissime pditōis aīa rū: Cū insup dicat apl's: q oīis cōtrouersie finis est iuramētū.

Consideratio tertia

¶ Bon⁹ pastoꝛ nescit dare animā suā p̄ ouib⁹ suis: si in se vel in suis tyrānidē voꝛacē nutrit q̄ est lupus gule atq; luxurie. Sobriū q̄dē nec multo vino deditū: nec p̄terea bigamū iubet apl's epm instituī: phibēs et p̄sequēti crapulosas comesationes: pot⁹ ad eḡlia: meretricatōes sordidas: dare symbola: frequētare tabernas: q̄si non eis domus sint ad comedēdū: aut velut bistrionū more nullibi pei⁹ habeāt q̄s in domo: t q̄ illic detractiōes bone de⁹: q̄les gonliardie: q̄sta in vitā hominū bū vuētiū t sobrioꝝ derisio: q risus lusus t gest⁹ indecori vsq; ad scādalū vilissimoꝝ mancipioꝝ vl' mulierculaꝝ sibi ministrātiū scāt qui viderunt.

Prima prouisio

¶ Qua in rē cōsulit industriosa sedulitas: vt fiat p̄mo restrictio frugalis tāte varietatis t multiplicitatis feraloꝝ sūptuosissimoꝝ in cadē mēsa vsq; ad nauseā t pdigā vastationē caꝛ rez et q̄bus multi vētres paupeꝛ pasci possent. Sileamus hic de egritudinib⁹ inde nascētib⁹: de hebetudine mētis: de subuersiōe rōnis: de occas. ōe rapacitatis: de tpis q̄d p̄ciosissimū ē cōsumptōne. Cōsideret iniq̄tas illa q̄lis quātaq; ē apō eccl'siasticos viuētes et laboꝛib⁹ t oblatiōib⁹ pauperū: qui ita luxuriant q̄si gratis obtenerint sibi: q si p̄terea ad nihil aliud nati fuerīt: diligētius q̄s pascunt apud eos t carius aliq̄n canes q̄s pauperes. Nec ista dicūt vt landet in p̄latis p̄sonis eccl'iasticis sordida tenacitas honestati hospitalitatiq; cōtraria: sz assit frugalitas liberal' q nō sz īanē iactātiā aut opiōnē pdigoꝝ: sz finē p̄scie ꝓtuose iudicū mēsuret. Utq; ꝓ pēsata tēpoꝝ modernoꝝ q̄litate sit expediēti⁹ platos splēdere in ornatib⁹ exteriorib⁹ vel ducere vitā pauperē p̄po t apl'is cōformē in nuditate aut vilitate vestituꝝ: alio loco deductū est.

Secunda prouisio.

¶ Fiat ampli⁹ honesta restrictio tal' pōpe in multitudine onerosa t incōposita tot seruitoꝝ: tot equoꝝ t muloꝝ p̄sumētiū opes sine mēsura: sine fructu. Adde q enutrit hoīes istos comatulos t adolescētes lasciuos ociositas pessima doctrix. Hā multa mala docuit ociositas ait Sapiēs: cui pessime comites ebrietas t crapula cōiungunt. Ad q̄d aliō isti tūc studēt nisi vl' insidiari aliene pudicicie: pdigi sue: vel lusib⁹ illecebralib⁹ occupari? Hinc illa adinuētio deformissima habituum varioꝝ: hinc iuramēta blasphemie: t similia hinc lusus tactilloꝝ t filiū phibiti: hinc oīa deniq; tollēda moꝝ honestatē. Subditi ꝓ⁹ ceteri q̄d faciūt nisi qō viderint familiā sui pastoris facientē imitāt certe t libēter: aut q̄ frōte inberet pastoꝛ crapulā t luxuriā a subditis ejici q assidue coꝛā ocul' t ī penetralib⁹ suis illa ituit t gaudet exerceri. Prouerbiū ē. Qual' rector ciuitat⁹ tl'es t ibabitātes ī ea: t mobile mutāt sp cū p̄ncipe vulg⁹.

Tertia prouisio

¶ Fiat obſuatio ieiuniꝝ ab eccl'ia statutoꝝ cōstātioꝛ apud diuites t potētes p̄sertim eccl'iasticos: apō q̄s pbdoloꝛ ꝓsa sun: iā velut in desuz cū soli fere pauperes atq; rusticani ieiunēt: q̄b⁹ vix ē panis cibāri⁹ relict⁹ ad satuitatē sufficies.

Quarta prouisio

¶ Fiat inq̄sitio diligens t causa sup p̄cīs enormissimis q̄lia cōmemoꝛat apl's in principio ad Romāos: q̄b⁹ corrupit beu oīs caro viā suā plus q̄s zodoma t gomoꝛra: t ꝫ sine dīa ser⁹ aut ordinis aut grad⁹: aut gener⁹: aut etat⁹: aut religiōis sacre: aut mrimonial' vinculi: aut affinitat⁹ spual': aut ptiū corpis honestaꝝ. Credite fodiētiū parietē p̄ distrctā inq̄sitōes in foꝛo pniali: q būtes obsternādi sciaz: educūt colubꝝ tortuosuz t vidēt abominatiōes pessimas q̄ fiūt. Credite iquā q: ꝓuidēdū cēt oīno cū effectu t discretiōe ꝓpter tātā familiaritatē in cubilib⁹: t alibi quā exercēt parētes ytriq; cū vtraq; pgenie t affines affinibus in adolescētia: senesq; cū iunioꝛib⁹: tā in religione q̄s in scholis t alibi. Dubitauerī pꝛos⁹: si nō deteriores moꝛes trabūt aliq̄n pueri t puelle hac occasiōe in parētū domicilijs t religionū t scholarū cōtubernijs q̄s facturi erāt in pstitutis lenonū vel meretricuz. Et hec interim dicta sint de secunda petitione principali: operib⁹ dicta firmentur. Fiat fiat.

Tertia partitō pricipalis

Andē rcliquū ē p cōplemēto ſuſcepte
t cōmonitiōis aliq̄d dicere p tertia t vl
tima ptitiōe de paſcēdis ouib⁹ pabu
lo charitatue ſubuētōis: dando aiaz q̄ ad vtz cō
cupiſcibilē p cis. ¶ Et quidē nō inuenio pabulū
charitatis t gratie melio⁹: efficaciuſue tradi poſ
ſe gregi xp̄i q̄ p debitā collationē ſacr̄oz. Illic
quippe gr̄a ꝓfert in ſuſcipiēte virtute opis opa
ti hoc ē vltra vl' ſupra meritū ſuſcipiētis in ꝓtute
menti xp̄i inſtituētis ſacr̄m t illud ſpūali ꝓuile
gio ditāns vt inde opus ꝓulegiatū nominetur
¶ Cōdecet ꝓterea vt miſter ſacr̄oz tūc matie ſe
diſponat ad gratiā dū eā ſuo miniſterio ſtudet
apud ſubditas oues trāſfundere. Alioq̄n inerta
ꝓbabilē ſz formidabilē q̄rundā doctoz ſententiā
ipe nouo ſe ꝓti laqueo ſtringit. ¶ Propoſueraz
ꝓo velut in āncedēnbꝰ rita t hic reducere tertiaz
b̄ic ptitionē ad tres cōſideratiōes ꝓncipales oīi
ſurus in ꝓma de pabulo ſalutaris gratie p ſacra
mētū baptiſmi: cōfirmatiōis t euchariſtie. Bap
tiſm⁹ em̄ generat: ꝰfirmatio roborat: euchariſtia
cōplemētū ꝓſtat. In ſcōa de pabulo ſalutaris g̃
tie p ſacr̄m penitētie q̄ lapſos repat: mortuos
q̄ viuificat. In tertio de pabulo ſalutaris g̃tie p
reliquū triplex ſacr̄m. ſ. ordinis m̄rimonij t ex
treme vnctiōis. Sz ꝓoccupauit induſtriosa ſe
dulitas breuitatē diligēs: t allegās ſufficere ſi p
uiſiones idonee ſaltē aliq̄ vſq̄ ad duodenarium
numerētur.

Prima prouiſio.

¶ Quāobrē dic inq̄t vt fiat ꝓmo diligēs examī
B natio illoz⁹ qui miſtraturi ſunt ſacramēta: ne forte
ſint ignorātes formā neceſſario req̄ſitaz in colla
tione hui⁹ vel illi⁹ ſacramētiz ac pinde nihil agāt
ſeu cōferāt. Expertū ē crebro m̄itos ex ꝰfeſſo: ibꝰ
p ignorātiā culpabilē forme ſacramētal' nō ve
rā dare ſacr̄alē abſolutionē. Sic obſtetrices aut
laici baptizare q̄nq̄ putātes puluos de q̄z mor
te dubitāt nō vere baptizāt: q; forma debita et a
xp̄o inſtituta nō vtunt. Sic inuēti ſunt q̄dā er p̄
latis nō nunq̄ errāſſe in collatiōe ordinū ex defe
ctu vel forme vel materie. vel intētōis debite: ita
vt ſuppleri vel ō nouo fieri neceſſe fuerit ea q̄ p
uos acta credebant.

Prouiſio ſecunda

¶ Fiat adm̄ſtratio ſacr̄oz oīm ſicut ap̄l's iubet
de oib⁹ honeſte t ꝑm ordinē nō in iocis t ſcurri
litatibꝰ q̄ ad rē nō ptinēt. Errāt hic fatui t fatue
in baptiſmo puluoz: in celebratiōe m̄rimonioz
cū vlulatibꝰ ipudicis t fedis irriſiōibꝰ. In audi
tione aūt miſſaz cū quāta irreuerētia t indecen
tia videre q̄tidie eſt ad oculū. Nōne tāgit altare
p laicos incōpoſitos: comitatos canibꝰ mingēti
bus ad pallas altaris? Quid de viris eccl̄aſticis
tēpore miniſterij ſui in eccl̄ia t choro: q̄s ibi gar
rulitates nō videbis velut in foro mulierculaz
t rez venaliū eſt: q̄s diſtractiōes: q̄s riſ⁹: quos
clamores: ꝓhibēte nemine ex ſuperioribꝰ: nam t
ſupiores culpa par inoluit. Quid demū de ritꝰ
bus impijs illoz q̄s de⁹ oēs vel corrigat vl' ma
le ꝓdat qui nedū blaſphemias t inſanias falſas
exercere: imo defendere nō verent: etā in eccle
ſijs nobilioribꝰ t hora miſſe: quas palliāt ſub no
mine fatuoz: aduerſus q̄s alias cōſcripſimus

Tertia prouiſio

¶ Fiat collatio cōfirmatiōis ſacr̄alis frequētior
p dyoceſim q; t ſi nō ſemp neceſſitatis vt actua
liter ſuſcipiat: ē tamē neceſſitatis ne cōtemnat.

Quarta prouiſio.

¶ Fiat auditio miſſaz totaliter diligēt⁹ a ſubditis: D
p̄ſertim diebꝰ dñicis t feſtiuis: t in ſuis parochi
is. Verſat em̄ in ꝑncipali p̄ceptū de obſeruati
one ſabbati: nec excuſat omittēs a violatiōe: ceſ
ſante cauſa legitima. Prouideat hic ne iuſtāt mer
caturis t operibꝰ ſeruilibꝰ tpe illo. Itē de recedē
tibꝰ ſtatim poſt aſp̄ſionē aque b̄ndicte vl' domi
nici corpis eleuatiōez. Quid inſup de m̄itrudie
p̄ceptua tot feſtoz q̄ vl' nō obſeruātur t ita pec
cat: vel egeſtati ſubditoz mechanicoz nō ſuffici
enter cōſulit vel peſſime ociſitati q̄ neſciūt ru
rales bene vtz ianua grādis aperit. Subintroe
unt cōſequēter magno agmine ebrietates: lites
luſus improbi: et pēſe ſūptuoſiſſime: choree ple
ne pcis t inſanis t carmibꝰ blaſphemis: imo t
p inq̄ſitorē damnādis: diſſolutiōes q̄z luxurioſe
t ad breue verbū ſubingredit maluz oīnēta vt
q̄ ꝓ honore dei t p aniaz ſalute fuit ſapiēter
ſtatuū: ꝓtt in cōtumeliā ei⁹ t ſalutis detrimētuz.

Quinta prouiſio.

¶ Fiat in vnaq̄q; dyoceſi diligēs electio cōfeſſo
rū idoneoz p ſacro ſaluberrimo penitētie digne
miniſtrādo. In q̄ principaliſſima t fere tota reſi
det vtilitas p pabulo gregis dñici. Hā p ſacr̄m
q̄ penitētie reducunt oues errātes: ſanant egro
tē: paſcunt famelice p̄ſertim ſi ꝓfeſſor ꝓbus: ſi cō
tinēs: ſi doct⁹ atq; ſollicit⁹ affuerit. Alioq̄n ſi ſolli
citat ad malū: vt ſi ad queſtū ſolū mēdicat: ſi ne
gligēter ignorāterq; ſup cōfitētiū trāſgreſſiōibꝰ
inq̄rat: ſi p ebrietatē aut iracūdiā: ſigillū inuiola
dū q̄modolibꝰ effregerit: aut ſi demuz blādiens
obſtinatos neq; deſerere pctā volēbꝰ eos abſol
uere tētauerit. De ve ſimplicibꝰ oīnibꝰ xp̄i a talib⁹
ſacerdotib⁹ q̄ nō oīa mercēnarij: ſz rapaces lupi
vocādi ſunt: q̄ longi⁹ abigēdi

Sexta prouiſio.

¶ Fiat cōfeſſio cor̄ oculis oīm ī patēti loco ne ſō

introcāt lupus rapax: in angulis suadēs agere q̄ turpe ē etiā cogitare. De alīk agētibꝫ ꝛ ꝯb familiaritatis specie in angulis vel camerul'res ignominia plenas exercētibꝫ: easq̄ deteriore sacrilegio sub deuotiōis spē palliātibꝫ excusantibusq̄.

Septima prouisio.

¶Fiat reseruatio casuū seu pcō̄z moderatioz. Prouidēdū ē saltē q̄ null⁹ casus iudicet reseruatus q̄ ad iuuenes mīores q̄tuordecīq̄ annis: q̄a nec habet etas illa perfectū vsuz ratiōis: nec faciliter resistit tēptatiōibꝫ suis vel malicīs alienis nec audet leuiter coꝝ pſonis extrancis ꝛ auctenticis cōpere: q̄tomin⁹ de pudēdis ꝛ verēdis cōfiteri. Cōsulēdū est insup verecūdie ꝛ fame mulierū ne in suspitionē veniāt maritoz vel parētū si crebroz: si palaz: si de longinq̄ ad penitētiarios mitterent. Expedit deniq̄ facilit ꝛ cito relinq̄re potestatē sup occultis casibꝫ ipis curatis ꝛ ordinarijs. Nō em̄ de publicis loq̄mur pctīs. Relinq̄tur etiā oībus q̄s bona fide cōstiterit velle ꝛ scire pficere aīabꝫ: nō ad questū vel subuersiōz. Tales q̄ppe diligēter inquirēdi eēn ꝛ inducēdi ꝛ rogādi: imo pducēdi: q̄tomagis dū se vltro ꝛ gratis offerūt admittēdi. Pnīaz itaq̄ dicit Hieron scōam post naufragiū tabulā quā amplificare ꝛ dilatare pl⁹ expedit q̄ vt nimia artatio sua: neq̄ at illos recipe q̄ allici: imo velut ipelli debuerāt Qua sup re extat quedā epl'a lōgioz ad pastoralē dignitatē.

Octaua prouisio

¶Fiat examīatio diligētioz clericoz ad sacros ordīes se offerētiū: pstim ī vita ꝛ moribꝫ: ō spe insup cōtinētiā quā vouēt obseruādi: ꝛ vt latinā lingua cōpetēter intelligāt cū his q̄ sacerdotale regrit officiū. Alioq̄n pculti⁹ eēt pauciozes q̄z electiozes cōstituere q̄z latare passim p ouilia domī tales sine disciplīa: sine eruditiōe: sine cōtinētia: nihil a dissipatoribꝫ lupis differētes. Dic de cōcubinarijs ꝛ de suscipiēdo vel nō suscipiēdo sacramēta ab eis: de tolerādo q̄z eos vel abīciēdo de corripiēdo insup eos p supiozes: nō p questu annuali eos cōfouēdo: mlta se offerrēt tractāda: q̄ alio loco disputata sunt. Dic p̄terea de nō ordinādis ante etatē legitimā dispēsatiōe nō habita caute agēdū ē: q̄ peccāt ordinās ꝛ ordinādus nec dar̄ execution: imo nec ordo q̄q̄z si plātus tales p exp̄ssuz ordīare nō intēdat: ē em̄ cēntale ī collatiōe cuiuslibꝫ sacrī cōferētis intētio

Nona prouisio.

¶Fiat mrīmonialis cōiūctio cū oīi solēnitate ꝛ bānis: neq̄ ī domibꝫ pbanis: q̄z in ecclīs ne ī cidat illud īproperiū aplī. Ecclīam dei cōtēnit Moneant q̄z diligēter p suos cōfessoꝛes vt īfra limites marital'licētie sese cōtineāt: ne aburant ī honestī⁹ ꝛ execrabili⁹ seipīs q̄z meretricātes ī pstibulis.

Decima prouisio

¶Fiat collatio diligēs extreme vnctiōis dū adhuc patiēs sentit cōpos mētis: q̄tin⁹ ammonitio salubris ō salute ppria: pia q̄z ad ꝑ sacramētū deuotio sibi pficiat alit q̄z si pressus egritudine animus nihil attēderet. Est q̄dē ꝑ sacrm reiterabile: ē etiā necessitatis vt nō cōtēnat: q̄z uis non vt ptinuo vl'sp suscipiat. Dic ō egrotātibꝫ spēalit ī domibꝫ hospitaliū: deq̄ sepeliēdis eis cū pietate: dū illic forte ignoti moriūt esset attēdendū

Undecima prouisio

¶Fiat frequētioz vtilioz̄q̄ visitatio p totā dyocesim vel puinciā spargēdo vbiq̄ bonū semē ꝟbi dei: etiā si fieri cōmode pōt: pſente plato ꝑncipali put iura volūt vt circūeat parochiā. Dic ē cardo totī⁹ reformatiōis eccl'iastice. Nec virt⁹ oīmis bui⁹ aut sil'is cōcilij puincial'. Quēadmodū em̄ vetere puerbio dicit. O cul⁹ dñi ipinguat equuz. Sic pſentis pastoris auctoritas nutrit ꝛ pascit gregē suū. Ita tū si puidus ꝛ cōpositꝰ ī se ꝛ familia sua pastoꝛ fuerit ꝛ sagax: nō lup⁹: nō latro rapax. ¶Hoc mō visitare nōne eēt dare pōdus auctoritatis ꝛ honoris ꝟbo dei: qd̄ nūc p inertiam vel omissionē: ne dicam⁹ vilipēsionē platoz ꝟsū est apud subditas oues in opprobriū q̄ddā ꝛ fabulā. Quare: q̄z videt ppl's solos mēdicātes et paupes apud eos cōtēnibiles p̄dicare ꝟbū: nec adesse platos: vt vel sua illud honorent pſentia. ¶Visitādo deniq̄ exerceret inq̄sitiōis officiū: p quirēdo de doctrinis varijs ꝛ peregrinis clā vl' palaz seminatis de sortilegijs: de superstitiōibꝫ: de blasphemijs ꝛ cōtumelijs ꝛ grauaminꝫ plebis: p exactoꝛes curiales: vel alios: de excoīcatiōibꝫ q̄z iustis vl' iniustis ꝛ citatiōibꝫ vl' angarijs. Et ercereꝫ pinde sacrm cōfessiōis fructuose ꝛ misericordit: tā p casibꝫ reseruatis q̄z p q̄busdā criminibꝫ q̄ prochiani celāt q̄nq̄z ppijs curatis: ꝛ aliq̄n nō sine iusta rōne. Ocernit q̄z hic visitatōis modus archidiaconos: ne plus ad questū ꝛ subuersionē q̄z ad pietatē ꝛ edificationē sua visitatō iudicet executa. Et ne sit velut cart⁹ abigēs q̄dē mures a caseis: ipos vero pl⁹ deuoraōs. Hoc p̄terea respicit celebrationē annuā cōcilioz̄ puincialiū: q̄ ꝟm verba iuris: nihil pene sic moꝛes discipliatos ab eccl'ia expellit q̄z negligētia sacerdotū: q̄ cōtēptis canonibꝫ: ad corrigēdos eccl'iastic⁹ mores synodū facere negligūt. Deide ne q̄s diceret q̄ sufficiētes p̄tra oēm p̄uaricationē cōstitute sunt leges a poribꝫ: subdit q̄ ea q̄ frequēti p̄uaricatiōe iterant: frequēti sīa debēt cōdēnari: ꝛ velut repullulātia mal'radicibꝫ germina

crebr⁹ amputari: ꝑsertim ꝑ visitationē q̄ est q̄dā applicatio legū ad opationē ⁊ sua vinificatio: q̄ aliter mortue sunt vel languescūt.

Duodecima prouisio.

¶ Fiat ad extremū reductio pulcre pacis tā turpiter extinctis ad habitaculū tot⁹ eccl'ie ⁊ ꝗ ī plorationē diuie misericordie. ꝑ mor⁹ correctiones q̄ nos sua quersitate a nob deoꝝ sepant. ꝑ cōciliū generale (si ita vtilius fuerit) celebrationē i quo generales ꝑ xp̄ianitatē errores passim sparsi venirēt ꝗ generali remedio corrigēdi. ¶ Pergebat ꝗ loco industriosa sedulitas velle pl'a particularia q̄ sup ipo scismate pestifero terminādo differere vt de subtractiōe: de neutralitate: ó būficior⁹ ad ordinarios reuocatiōe: q̄ modestia repressit: dicēs: hic neq̄ locū cē neq̄ tps iā q̄ dādus ē ait mi'i loco tuo finis. ꝑ parui modestie ⁊ sub exhortatorio q̄dā epilogo cōcludere talit' instituit. Bon⁹ pastor vt audiuit vita deuotio ꝑclarissima virī patres ⁊ fratres: bon⁹ pastor animas suā dat ꝑ ouib suis: dicit xp̄s pastor ille q̄ fecit q̄ docuit. Hinc cepit facere: post docere: vt q̄ potēs erat pri⁹ ope post sermōe. ꝑ pri⁹ cor̄ deo: deinde cor̄ pplo. Dedit animā suā ꝑ ouib suis in p̄dicatiōe: in oratione: i sacr⁹ ꝑ mortē et⁹ vinificatiōe. Fiat ꝗ similit a vobis. Attēdite ꝑmo vob: deinde vniuerso gregi in q̄ posuit vos spūssctūs regere eccl'ias dei quā acquisiuit sanguie suo. Quāobrē inueniat apud vnūquēq̄ vestr⁹ cōformit ad p̄missas triplicitatē: sacrā euāgelq̄ lectionē tripler ꝺditio Uocet vnusq̄sq̄ oues suas ꝓprio noīe: ⁊ ꝗ p̄dicatiōe ⁊ familiari exhortatiōe: vadat añ eas ⁊ ꝗ exemplari conuersatiōe ⁊ sollicita directiōe. Defendat ⁊ adiuuet eas ⁊ ꝗ in sacr⁹ religiosa mīstratione. Sic associabūt eū sedula turba: canes latrātes in voce p̄dicatōis. Sic audiēt vocē eius oues ⁊ sequēt': q̄ p̄cedet eas in gressibo operatiōis Sic demū ꝺgnoscet singl'as ex noīe: attēdēs diligēter vultū pecoris: in sacr⁹ ꝑtim ꝓfessionis exhibitiōe. Sic pascet eas triplr'. Pascet verbo: pascet exēplo: pascet subsidio. Et ꝗ ꝑ seipsuz q̄ vtiq̄ sancti⁹ efficaciusq̄ ē: vel ꝑ idoneos visitatores substitutos. Adiuuāte deo ⁊ oīa ꝓfirmāte: q̄ ē pastor bon⁹ ⁊ de⁹ bñdict⁹ i scā scl'oz. Amē

¶ Finit.

Incipit tractatus eiusdē Cancellarij Parrhisien. De visitatiōe plator̄ vel de cura curator⁹.

D laudē dei ⁊ edificationē pplī xp̄iani cōpilata ē hec breuis ⁊ rudis cōpilatio tpe q̄ celebrabat' Remis pricale cōciliū. Anno dñi. M.cccc.viij. aprīl: collecta: tā ex ꝑmone illic habito q̄ ex sceduł ⁊ dicī varijs pl'moz. ¶ Et in p̄mis cū institutiōes canonice sint inefficaces ⁊ lāguide: nisi ꝑ pastorē q̄ est lex viua: demandet effectui: salubertimū videt ꝑ reformatiōe moz ⁊ subditoz emēdatiōe: q̄ pastor iuxta canonicas sanctiones visitet diligēter ⁊ crebro suū gregē: aut ꝑ ipm aut ꝑ vicarios doctos hītes plenariā ab eo ptātē: in negocijs ꝑsertim spūalib ordinādis ⁊ expediēdis: ꝑcipue circa materiā p̄nie: put eis visuz fuerit expedire: et cū moderato stipēdio eis ordinādo ꝑ plānū. Quia in re vident' attēdēda ꝑ q̄dā generali reuocatione ea q̄ sequūt: cū additiōe vl' diminutōe ꝺz circūstanciaz occurrētiū q̄litatē: ⁊ cū appositiōe remedioz ꝺm p̄udētiā visitātis. ¶ P̄mo visitat⁹ ꝑlat⁹ aliquā parochiā ꝑsonalit': aducētū suuz p̄nūciet ꝑ dies ali⁹ p̄ indicēs ꝑ scedulaz vtī q̄s indigeat ꝺsilio vl' remedio salubri ꝑ facto cōscientie sue: siue in ꝓmuratiōe votoz: siue in casibus refuatis: siue in alijs q̄buscūq̄ sit paratꝰ tali dietali horā: ⁊ tūc cōfidēt' adueniat. Indicat ꝑterea oīb parochianis cessatio ab oīi ope vt ecclia cōparēt. ¶ Itē si visitator sit ꝑlat⁹ indicatur eis vltra ꝗ q̄ ad sacrm ꝓfirmatiōis digne suscipiēdū se ꝑparēt: ⁊ illō recipiat. Quisi nō sit ꝑlatus indicat adire eū q̄p̄imū cōmode poterūt Est em̄ sacrm salubre: nec cōtēnēdū dū oportunitas se ingerit. ¶ Itē visitator in p̄ncipio sui aduētus poterit ad pp'm in eccl'ia p se vel ꝑ alū facere cōmonitionē breuē cōformit ad illa q̄ cōtinētur in tractatul' cōpositis ꝑ eruditiōe simplicium sacerdotū ⁊ pp'oz: in materia p̄ceptoz ⁊ cōscientie. ¶ Itē visitator poterit pri⁹ si voluerit: vel postmodū: interrogare ab illo: vel de illo q̄ deseruit cure parochiali si sit curat⁹: vel solū vicarius mercēnari⁹ cōduct⁹. ¶ Itē q̄lis ē in habitu: in tōsura: in victu: in cōuersatiōe: in eruditiōe. ¶ Itez q̄les reddit⁹ sunt in curis ⁊ quō mīstrant: q̄m ex defectu sufficiētis ꝓuisiōis illis q̄ altari deseruiunt eueniūt mala mīta. ¶ Itē de ꝓbyteratus dote: vt vtēsilib ⁊ reparatiōib tā i eccl'ia q̄ alibi per matriculatos seu parochianos faciēdū. ¶ Itē q̄ lia habeat stipēdia vicari⁹ ille q̄ deseruit sicut tactū ē. Et fiat sufficiēs ꝓuisio ꝑ p̄ncipalē siue sit ille curat⁹ siue collegiū iuxta canonicas sanctiones Et sciat q̄ ꝓuilegio gaudet curat⁹ nō residēs: ⁊ si iuste. ¶ Itē si in parochia sit alia villa adūcta ꝑ succursu ꝓpter quā opteat eū celebrare duas missas q̄q̄z in die: ⁊ q̄liter in illis se habz. Et si in ꝑma missa capit ablutionē q̄ fieri nō debz: q̄ solui tempus nature. ¶ Itē videat si ille sciat ea q̄ spectāt ad officiū curati ⁊ spēalit' i materia sacramētoz vbi maius ē periculū vt sciat formaz ꝑ baptismo: ꝑ eucharistia: ꝑ absolutiōe: tā ab excōmunicatiōe q̄p̄ a pēis: necnō ꝑ mīrimonio: ⁊ ꝑ extrema vnctiōe: ⁊ si nesciat doceat'. ¶ Itē sciat' ab eo qualit' se habeat in casibus dubijs emergētibus quādoq̄z circa ministrationē sacramētoz. vt q̄

ca celebrationẽ missaz: dũ cadit aliqđ in calicez: vel dũ sanguis effluit: vel dũ reperit eẽ vinũ sine aqua in calice: vl̃ in pixide vbi ẽ hostia sacra iuenunt vermes ẽ. Et sic nescias doceat. ¶ Itẽ circa baptismũ dũ puer ẽ baptizat9 de obstetrice q̃liter se habeat z doceat. ¶ Itẽ si obstetrices sciant verã formã baptizãdi in parochia sua: z sup ß poterunt obstetrices interrogari z doceri q̃ hec forma ẽ: spargẽdo aquã sup puerũ Joãnes vel Cristina. Ego te baptizo in noĩe patris z filij et spũssancti Amẽ. ¶ Itẽ q̃liter se habeat erga infirmos visitãdos i articulo mortis: z si nesciat doceat. ¶ Itẽ si celebret semp ieiun9: ß ẽ q̃ nihil sũpserit post mediã noctẽ eiusdẽ diei: q̃q̃ post illã horã dormierit z ieiun9 sit: qm̃ ß nõ debet. ¶ Itẽ si ostẽdat hostiã pplo anteqũ sit cõsecrata: qm̃ hoc fieri nũq̃ debz z abusus obtẽtus corrigat. ¶ Itẽ si vnq̃ celebrauerit suspẽsus a iure vel ab hoie p excoicationẽ: q̃ ab irregularitate inde cõtracta solus papa z sũmi penitẽciarij: tũc absoluũt z p hoc doceat. ¶ Itẽ si celebrauerit corã excoicato causa timoris vl̃ fauoris: vel q̃ nolebãt recedere: z iuxta rationẽ siue tenorẽ dek sibi cõsiliuz. ¶ Itẽ si dixerit primã anteq̃ celebret sicut dz fieri nisi in die natalis domi. Et si post pollutiones nocturnas aut diurnas statiz celebret sup illa rẽ doceat quid agẽdũ sit: nũc ꝓpter reuerẽciã sacramenti: nũc ꝓpter officiũ sui necessitatẽ. ¶ Itẽ quõ se habet in foro penitẽcie erga cõfitẽtes sibi qualiter interrogat de pctis: q̃liter instruit: q̃liter absoluit: q̃liter remittit p casibz reseruatis. Et qui sũt casus reseruati: q̃liter absoluit excoicatos vl̃ participãtes: q̃liter iniũgit penitẽcias. Et si absoluat eos q̃ nolũt habere ꝓpositũ desistẽdi a pcc̃ata: vt rãcore: furto: luxuria. Quibz locis z tẽporibz audit cõfessiões. Si p pctis occultis dat penitẽciã publicã vel solẽnẽ sicut faciũt stulti penitẽciarij in pncipio q̃ dragesime mulierculi z hominibz q̃ sepe nullã habẽt culpã aut saltẽ nõ publicã sup morte paruulorũ suorũ: z doceat diligẽter de oĩnibz verbo vl̃ scripto. ¶ Itẽ si ecclias suam cũ sacris ornamẽtis z sacro crismate z fontibus p baptismo: teneat decẽter z honeste z secure. ¶ Itẽ si altare suũ sit integrũ si hostiã sacrã mutat de mẽse in mẽsez: vel crebri9: vel sup bis sollicite moneat atq̃ doceat. ¶ Itẽ salsuginẽ caute se creteq̃ apud parochianos de aliqđ morbo suis: vt si sit cõtinẽs vl̃ cõcubinari9: si sollicitat ad mala mulieres cõfitẽtes: si p irã vel crapulã frãgit sigillũ cõfessiõis signo vel verbo: si sit lusor ad taxillos vel alit scãdalos9 populo: in tabernis: in iuramẽtis horribilibz ẽ. Et sic admoneat vt emẽdet vel ejciat. ¶ Itẽ q̃s accipit adiutores in cõfessiõibz audiẽdis circa pasca. Et si se fratres intromittunt eo tũc inuito: z si parochiani sui oĩes seu sibi vel ordinarijs ab eo repsentatis: licet ab aliis se dicãt fuisse cõfessos. ¶ Itẽ si p negligẽciaz suã aliqui exspirãt sine sacramẽtis vel pueri vel egroti: aut si mulieres babẽtes pueros et cõcubinatus admittit soleniter ad purificationẽ: q̃ntã hoc nõ debet. ¶ Itẽ q̃liter denũciant festa: quoniã sepe fit excessus z laqueus apponit si nescit. ¶ Itẽ qualit facit absolutionẽ generalẽ in pasca z si nescit doceat z dek sibi forma. ¶ Itẽ si habeat statuta synodalia: z si sciat legere ea: z si publicat ea q̃ debet ex talibz pplo nũciare: z in hoc debent eẽ plani paucis cõtenti: quo ad illa q̃ cõcernũt tẽporalitatẽ ecclie: sz magis de salute ꝓpriarũ animarũ. ¶ Itẽ si sciat cãtare z legere in missali vnius legis: z si denũciat suis parochianis et q̃liter. ¶ Itẽ si habeat in scriptis tenorẽ generalium ꝑceptorũ: si sciat septẽ pctã mortalia: z videatur de doctrinali simpliciũ: vel de tractatulis aliis ad hoc ordiatis: quoniã hec sunt magis necessaria z vtilia: q̃ sole cõstitutiões synodales: vt dictum est.

Et ez post inq̃sitionẽ ó mortuo curato vl̃ sui substituto: poterit fieri inq̃sitio ab eodẽ: vel ab alijs ꝓbis: sup cõditionibz parochianorũ: z hoc caute i generali petẽdo q̃lia vicia magis regnãt in parochia: z ꝑm hoc possz visitatorz sermo meli9 adaptari. Inquirat ergo si in parochia sint plures excõmunicati: in quibz casibz: vt visitãs possit ad eorũ absolutionẽ ꝓcurãdã melius ꝓcedere. ¶ Itẽ si regnant ibi hereses: sortilegia z qualit: z si sint suꝑstitiões in ligaturis scripturz z breuibz appẽsis: si blasphemie: si vsure: si false mercationes: si furtũ: si pctũ cõtra naturã: si adulteria z similia q̃ ꝑm ista poterit visitator: ꝑdicationẽ vel visitationẽ suã vel cõfessionẽ fructuosi9 adaptare vt dictũ est. ¶ Itẽ si parochiani bene seruãt festa ꝓncipalia: veniẽdo ad missaz: z stãdo p totũ: vl̃ si recedũt sumpta aqua bñdicta: vel post elevationẽ corpis chr̃uti. ¶ Hotet hic de moderatiõe qualiter fieri possit in tot festis: siue p concilũ generale: siue p ꝓuncialia de cõsensu eiusdẽ ꝓcilij generalis. Et nota de festo trinitatis solẽnizãdo p ut papa nouiter istituit. ¶ Itẽ si soluãt decimas de quibz z quibz. Si veniũt oĩes ad cõfessionẽ saltẽ in pasca vt tactũ est: z si sciãt ꝑater noster z Credo: z si dicũt illa: z si nõ cõpellunt ad illa scienda z dicẽda. ¶ Itẽ si vetant ab officijs ꝓplani vel alteri9: z qualit: sup bis ꝓpideat visitator. ¶ Itẽ si testamẽtorz executiões faciũt: moneant z cogant. ¶ Itẽ si fuerint inter aliqs inimicicie capitales: z sic finiant put poterit fieri. ¶ Itẽ si sint lites mote inter eos z q̃bus causis: z si possẽt ad cõcordiã summarie cõuocari vt tactũ est in vta hoc moneãtur simplr querat. ¶ Itẽ si ieunia ecclie obseruãt: vl̃ si irridẽt. ¶ Itẽ si schole habẽtur p inuentibz. ¶ Itẽ q̃liter ministrãt pueri i pa-

rochia ⁊ alia loca vſitādo: ſiue ſit i religiōe ſiue
alibiq; a pueris debet inchoari reformatio ec-
cleſie. Et ꝓhibeat hic numa familiaritas fratrū
⁊ ſororū ad inuicē: ⁊ cū parentib⁹: qa tacēdo cū eis
aliquādo ſuffocant in corpib⁹: ⁊ deteri⁹ aliquā-
do ꝓuenit in morbo: pudeat igit q̄ ſint ſchole
vbi nō ſunt. ¶ Itē ſi monētes in puerperio ape-
riant: vt infans viu⁹ recipiat ⁊ baptizet quoniaꝫ
ꝑ expediet: ſed cū cautela. ¶ Itē qualit⁹ ſe habent
parochiani in eccl'ia reuerēter ⁊ ordinate ⁊ q̄ete
⁊ ſi nō moneant ip'i: nec fiāt ludi diabolici fatuo-
rū. ¶ Itē ſi fiant ſermōes apud eos: ⁊ quomō
miſſi ſunt: ⁊ q̄d dicūt ſup materia indulgētiarū:
ſi irrōnabilia aut mēdacia: eſſet ꝓuidēdū. ¶ Itē
ſi laici ⁊ mulieres intrāt chorū: ⁊ ſi ducūt chore-
as in locis ſacris: ⁊ ſi illic celebrāt cōuiuia: ⁊ ſi in-
duunt veſtes ſacras: ⁊ ſi ſic corrigant ⁊ ꝓhibeā-
tur. ¶ Itē ſi irreuerēter ſe habeāt dū baptizant
ſui pueri: ⁊ dū fiunt matrimonia: vel in aliis ſa-
cramētis ridēdo: locādo: garrulādo: ⁊ ſi fuit nu-
ptie cū bannis et in eccl'ia parochiali. ¶ Itez ſi in
firmi p⁹ querāt medicos aiarū q̄ corporū: et
iuxta hoc q̄d fieri debet moneant. ¶ Itez ſi pa-
rochiani turbāt vl' p canes vel p infantes clamā
tes diuinū officiū qđ nequaq̄ cōuenies eſt fieri.
¶ Item ſi diebꝰ feſtiuis exercent a ſecularibꝰ iu-
ſticiarijs torture ⁊ queſtiones ad mortē: ⁊ ſi impe-
diūtur ne cōfiteant ante mortē: que oia fieri nō
debent. ¶ Itē ſi qui loquūt irreuerēter de pręla-
tis ⁊ domīs ⁊ aliis ſcādalū ꝓcurātes nō correc-
affines: quo ad secūdā beatitudinē. Et ō domo
patris tui: ecce ascēsum sup sensus ꝓprios corpo
rales ⁊ suaꝝ turbā passionū. Quid em̄ ꝓgruen-
tius significat hic dom⁹ patris: q̄z cōtuberniū p
prij corporis. Et hoc quo ad tertiā beatitudinē.
¶ Subsequēs gradus: ⁊ ille est quartus: decet
R ipsos ꝓficientes: vbi aīa seipsam q̄modo exiit:
dū ꝓprias affectiones cōmodi: tanq̄z turbas ali-
quas intimas deseruit: hoc per quartā beatitudi
nem: que est esuries: sitisq; iusticię: p hāc aūt affe
ctu cōmodi deposito: nō iam q̄rit que sua sunt:
sed affectiōe iusticie tota succēdit: ⁊ ipsi⁹ esurie si
tiq; cōtrahit in sublimi⁹ montis. Quo pacto sic
ipsa aīa eleuata triplici gradu prior: superat tur-
bas ꝓdictas. Sz adhuc q̄z longe sit ab illa iusti-
cia beatorū recogitat q̄z impar existat tali digni-
tati: tāteq; retributōi grāꝝ ⁊ laudū: qualē ⁊ q̄tū
merek apd se creato: su⁹ reparato: su⁹: ꝓtecto:
su⁹ ⁊ saluato: su⁹. Deniq; agnoscēs imperfectum
suū iam nō in se manet: sed deficit a se ⁊ in saluta
re dei ꝓcedit cū ꝓpheta dicēs: Defecit caro mea
⁊ cor meū: deꝰ cordis mei: ⁊ pars mea deꝰ ī eter
nū. Ita aīa deficiēdo a se ⁊ sublevata supra se:
liberi⁹ in montē ascēdit. ¶ Hirabile fortassis ali
quis si iam vltra q̄qm̄ aīa habet qđ deserat et
ascēdat sublimi⁹ in montē. Ecce trāsiluit turbas
rerū materialiū extra se p primā btitudinē. Exi
uit turbā hominū iuxta se per secūdā. Abducit
se a turba passionū infra corꝰ ꝓpriū: p tertiam.
Deseruit tandē intra se turbā innataꝝ affectio-
nū: per quartā. Turbe alie: quales reliquę sunt
amplius sūt ninilq; turbe cīuū supnoꝝ sub triplici
hierarchia coordinatorū: turbe pulcherrime ⁊ a
priorib⁹ lōge dissites trāseūde. Ipsi em̄ sunt cu-
stodes ciuitatis: quos aīa deuota q̄rens spōsuꝝ
paululū cū ptrāsisset: inuenit quē diligebat. Ita
q̄z nisi relicta hac triplici turba: nō quenit ad su
premū cacumē montis nostri: in quo deꝰ est ini
tus scale mystice q̄ dicta est: ⁊ vbi aīa tute requi
escit in mōte sancto dñi. Hi triplices ascēsus sūt
pfectorū atq; purgatissimorū: quales fuerūt san-
ctī nostri dñi viuentēs: ⁊ multo felici⁹ tales nūc sūt
in gloria: vbi sm̄ dictū Gregorij ipsi in deū nō so-
lum ascēdunt: sed in eo currūt. ¶ Sunt plane in
trinitate (q̄tum dicere fas est) tres pfectaꝝ aiaꝝ
ascensus: ꝓportionaliter ad tria appropriata ꝓpria
iuxta tres nouissimas beatitudines q̄b⁹ ascendi
tur in montē supremū. Primus ascēsus est mi-
sericordissimi amoris in spūsancto: qualiter exul
tauit. i. extra se saltauit: ⁊ ascēdit ch̄ristꝰ in spiri-
tusancto Luc. x. Propterea beati misericordes:
q; miscōdiam que spūsancto ꝓpria est cōsequun-
tur. Et hic ptransit turba seraphin. Secūs ascē
sum intelligo purissime ⁊ mūdissimis cognitio
nis in filio: in quē credētes (inquit Petrꝰ) exulta
bitis leticia inenarrabili. Idcirco beati mundo
corde: quoniā ipsi deū videbūt. Et hic ptransit
turba cherubin. In tertio ascēsu est pacatissima
⁊ imperturbabilis q̄es in ipso patris secretissimo
altissimoq; refugio. Hā beati pacifici: quoniā fi
lij vocabunt. Si aūt filij ⁊ heredes: heredes
quidē dei: ⁊ in eiꝰ adiutorio habitātes: ꝓpter qđ
in pace fit locꝰ eorū: ⁊ exclamat aīa q̄libz talis cū
ꝓpheta. In pace in idipm dormiā ⁊ requiescam
⁊ hic ascendit supra tertiā turbā que est chorono-
rū. ¶ Sic igit declaratū est: ⁊ superficiali quodaꝝ
transcursu deductū est (doctissimi ⁊ sapiētes vi-
ri) q̄b⁹ gradib⁹ quo ve ascensu: iuxta septēpliceꝫ S

beatitudinē quilibet sanctoꝝ exemplo christi: vt deus turbas: ascendit in montē: qđ fuit thema. ¶Supsunt plurima q̄ etiā ipse dictauerā ꝓ serti nde ascēsu in montē cōtēplatiōis: ꝫ breuitatꝫ amor: me retrahit: cogitq̄ vt ꝓsua sōe oratoria et exhortatoria ad ascēsum supne felicitatis finiat qđ ceptū est. ¶O ratio: Uenite obsecro sapientes t doctissimi viri: venite iuuenes t parvuli: senes cū iunioribꝫ: venite exultem⁹ dño: venite ascēdamus in montē: vt exemplo Loth: saluos nos ibidem faciam⁹: fugiam⁹ oci⁹ a loco horroris t vaste solitudinis ad locū vberrimū: a carcere fetulento ad regnū splendidissimū: ab exilio durissimo t luctuosissimo ad patriā suauissimā: a procelloso mari ad portū tranquillū. Ab omnibꝫ deniq̄ miseriaꝝ: erumnarūq̄ circūstrepentibꝫ turbis: ad beatitudinis montē: vbi stat⁹ est omniū bonoꝝ aggregatiōe ꝓfectus: ꝓcessērūt sancti: ꝓcessit t christ⁹: q̄ nos subsecuturos ꝓtolat. Tollam⁹ hāc quid ascēsui obstat: recedam⁹ ꝑcipue a circūfluis terrenaꝝ curaꝝ t anxietatū turbis. Ille nos ꝓmūt t ꝓssos atterūt: ꝓstratosq̄ t attritos fūdit⁹ via ꝓternū. Si splendidissimas opes: si voluptates iocūdissimas: si gloriosos honoꝝ titulos si ꝑclarā deniq̄ sapientiā: feliciter stabiliterq̄ adipisci satagim⁹: ascendendū est in montē. Fallit ꝑ certo desipit t insanit: q̄squis inter infirmas rerū caducarū turbas: ista se habiturū sperauit: vbi q̄quid est: egenū ē: antiū est: mobile fluidū: t nulla stabilitate subnixū. An ꝓ quotidiana tot experimenta sic se habere iudicat: ita vt iudicatis nō dubito. ¶Qualis ergo miseria quoꝝūdā mibi similiū ēgra infelicitas t ēgra demētia: alios: sū scienter agit: in egestate diuitias: in meſticia voluptates: in dedecore gloriam: in stultitia sapiētiam: in flūtibilitate deuiā sperare stabilitatem. ¶Ut quid fabricam⁹ nobis mōtes nescio quos vmbratiles atq̄ fantasticos viciorū: nūc in elatione: nūc in crudelitate: nūc i enormi fluxu: voluptateq̄ t silibꝫ. Nōne montes hmōi sunt mōtes gelboe maledicti supra q̄s neq̄ ros diuine grē neq̄ pluuia virtuose cōsolatōis descēdit. Aut si veri⁹ loq̄mur hi mōtes nō mōtes sunt: sed valles terrerime ꝑcipites t lubrice: quibꝫ innitētes dilābunt in abyssum: absorbenturq̄: t viget super eos putre⁹ os suū. ¶Et turgam⁹ tādē liberate tota spūs: ascēdam⁹ in montē societatis beatorū: disponam⁹ ascēsiōes in corde nostro ꝓ gradꝫ btūdinū ꝓmissaꝝ: de pauptate spūs in mititatem: de hac in luctū: de luctu in esuriē: sitimq̄ iustitie: de hac in misericordiam: de ipa in mūdicia cordis: t tandē in tremꝫ pacē q̄ exuperat oēm sensum t in qua si cōpleamur ꝓsistit humana felicitas. Sm deductionē Aug. ir. de ciu. dei. ¶O vere felices sancti sctēq̄ oēs q̄ celebritas agit: felices inquā q̄ securi tā t vndiq̄ pacifici habitāt in tabernaculo dñi: t requiescūt in mōte sancto eius nō iam formidāt laqueos tēptatōnū vbilibet expansos: nō seuas irruētiū hostiū insidias: nullis mordent ꝓsciētiaꝝ aculeis: nulla vrunt infamia nō tristes metuūt senectutē oīa denīq̄ inter eos serena pacataq̄ ꝓsistūt. ¶Et o tādē q̄ tales estis eterna pace fruētes: nos pīs nūc ocul⁹ miseras q̄sum⁹ cernite terras. Et si nihil patiminī: cōpatim⁹ fas est. Cōpatimini nobis exulibꝫ gementibus t flētibꝫ i hac valle lachrymaꝝ. Cōp: imūt ecce nos vndiq̄ hostiles malignātiū turbe: conculcāt: lacerāt: obruūt t in carcerē detrudūt. Jā omne caput lāguidū: t oē cor merēs: a plāta pedis vsq̄ ad verticē capitis: nō est in ecclia hac sanitas. In illa beu dicerim ecclia: cui⁹ fundamēta sunt in vobis mōtibꝫ sctis: quā ꝥio sanguine: vestraq̄ morte cōsecrastis: dilatastis: roborastiq̄ eā: quā nūc heu imunitā cernitis miserā: t merito quā fede laceratā: crudeliꝫ deiectā: silr cōculcatā aspicitis: vt humani spes auxiliꝫ tā nulla sit ꝓterea leuam⁹ oculos nr̄os in vos mōtes vnde veniat auxiliū nobis. Hā cū ignoramus q̄d agere debeam⁹: hoc solū habem⁹ residui: vt oculos nr̄os ad deū dirigam⁹. Potuistis olim mori bundo corpore circūdari mirabilia mirabiliter operi: tanq̄ habētes impiū vite t mortis: tanq̄ insup potētes in eo qui vos ꝓfortabat christus: nūquid abbreuiata est ꝓtās vīa: nūquid charitas tepefacta? Absit hoc: sed aucta potius. Succurrite ergo miseremini: ferte subsidiū Suscipite vos mōtes pacē pplo: q̄ alq̄ qui suscipiāt t cā ꝓbēt nō sunt. ¶Et tu dñe rex celoꝝ corona sanctoꝝ oīm: emitte lucē tuā t ꝓuidētē tuā vt nos deducant t adducant in montē sanctū tuū t in tabernacula tua: in p̄senn per fidē: spem t grām: t in futuro per gloriā: Amen.

Sequitur sermo factus in die natiuitatis dñi per eundē.

V Erbū caro factū est t habitauit i nobis Joā. i. Postulem⁹ fratres in christo vt ꝓbū qđ hodie caro factū est: illud i me ꝓbeticū adimpleat dñs dabit ꝓbū euāgelizantibꝫ virtute multa: qm̄ insipidum inane t inualidū erit ꝓbū meū ioris: si nō accipiat virtutē multā a ꝓbo dei p̄tis. Poterit aures carnis: strepit⁹ nr̄i sermonis ꝑcutere: sed in auribꝫ mētis nec fortit sonabit: nec in eas alte fixeq̄ descēdet: si nō a ꝓbo hoc suā sonoritatē assumat t virtutē. Et h ipm vt impetrem⁹ te nescio an glificādā magis aut stupēdā ꝓbi hui⁹ mīeꝝ inuocabim⁹? salutātes t ꝓbis angelicis salutabimus inuocātes t dicētes: Aue maria ꝓa tē. ¶Uerbū caro. fa. tē. Qm̄ triplicē ꝓbi dñi naturā t euangelica hec ꝓtinet particula ad sui commemorationē meū inflexit animū: q̄rin⁹ verbū

creatū sentētiosissimū assumerē: q̄ de ꝟbo increato qđ sentētiosissimū ē fuerā locutur⁹. ¶Videsitaq; in p̄assumpto ꝟbo q̄ nascit dei filius ex paterno intellectu eternaliter: ideo ꝟbū appellatur Aspicis q̄ ab vtero materno nascit tēporaliter: ꝓterea dicit caro factū est. Intueris postremo: q̄ in corde humano nascit spūaliter: quāebrem subiūgit: et habitauit in nobis. ¶Verbū: qđ altius: quid īmēsius: quid diuini⁹? Nam deus erat ꝟbū Joā. i. Caro factū est: quid humili⁹? qđ impotentius: quid fragili⁹? q̄ omnis caro fenum. Ecci. xliij. Habitauit in nobis: quid amabili⁹? quid iocundi⁹? quid appetēti⁹? Nec̄ eñ est nec fuit alia natio tam grādis: que habeat deos ap ꝓpinquātes sibi sicut adest nobis de⁹ noster? Deut. iiij. Verbū inq̄t caro factū ē. Verbū ℔ immensē est virtutis: nam oīa per ipm facta sunt: et si que p̄ eū facta nō sunt: eo ipso nulla ꝓsus sūt: quoniā sine ipso factū est nihil. Quo pacto igit entitas cōplexe significātib⁹ tribuit: quorū aliq̄ nullū habuerūt aut habere potuerūt factōis initiū: eoipo quasi īsanies dicere audet manichē⁹: a deo tenebrā q̄ facta esse multa: que de⁹ ipse nō ꝟdidit: cū audiat q̄ p̄ dei verbū oīa facta sunt: et in ꝑs. Verbo dñi celi firmati sunt. Et ad Heb. ꝓma. ꝓportās oīa ꝟbo virtutis sue. ¶Verbū hoc insup eternū est duratiōe: q̄ ꝟbū qđ erat in ꝓncipio erat apud deū. Cui cōcors est ꝓpheta. In eternū dñe ꝑmanet ꝟbū tuū. Verbum ergo istud nō est qđ p̄ auras efflando diffundit: non qđ in tabulis aut pellib⁹ inscribit: nō deniq̄ q̄ aīe irrationali p̄ inhesionē innitit. Sed verbū est eternaliter a patre emanans: per qđ pater dicit oīa: in quo tanq̄ in ꝟbo sentētiosissimo et arte ꝑfectissima: omniū factor: oīmq̄ ꝓducibiliū imago relucet. ¶Verbū ideo solū: q̄ sententiosissimum est et omniū expressiuū: cui nec imaginarie quidem addi potest aliud verbū absq̄ nugatione et supflua repetitiōe. Idcirco ꝟbū hoc nullū aliō in diuinis ꝓducit verbum: ne in trinitate cadat nugatio: quippe est ipm obiectū sufficiens adequans et terminās omnē ꝓductibilitatē verbi in diuinis: non tñ min⁹ ob hoc potēs q̄ pater q̄ gignit: q̄ eadē ꝓsus ipm est potētia cū patre q̄ gignit. ¶Dira ꝓfecto et inexplicabil' natiuitas quā venerari pon⁹ et pia fide credi cōuenit: q̄ curiosa ꝟbi nostri penuria reserari: ꝑsertim cū amplior et exq̄sitior de ea sermo aliud tēp⁹ expostulet: aliū locū: aliā linguā: aliud ingeniū. ¶Verus ab hac ineffabili ac eterna generatiōe: ad tpalez qua dies hodiern⁹ ꝓcelebris effect⁹ est ꝑgat oratiō: et quid enāgelista subiūgat audiamus. Verbū inquit caro factū ē. Ecce qđ ait apl's ad Roma. ix. Verbū abbreuiatū fecit super terram. An non bene abbreuiatū: q̄ eternū tēporale: omnipotens passibile: īmensum: mensurabile factum est: nō tñ abbreuiatū ꝑ diuinitatis diminutionē sed per susceptionē humanitatis et idiomatū cōmunicationē. Verbū inquā caro factū est. Hoc nullus ꝓphor⁹ intelligere: nullus cōcipere valuit: ℔ doct⁹ Plato nescivit: hoc Demosthenes eloq̄ns ignorauit. Fatet Aug⁹. se in platonicis legisse libris Joānis hoc euangeliū. In principio erat verbū et. vsq̄ hāc ipsam particulā: et verbū caro factū est. Sed dum hic venit: calam⁹ in⁹ stetit et in folio tāti tāq̄ secreti mysterij ist⁹ vltra ꝑgredi ausus non est. ¶Verbū inquit caro factus est. Hic absq̄ vllo dubitatiōis scrupulo euangelista Joannes insinuat ch'istū esse deū: nec q̄cq̄ apertius dici potest. Deus inquit erat verbum: et verbū caro factū est. Si quis nondū illustratus est: et quō deus caro factus sit: nō videt: non concipit: non iudicat: nō intelligit cōsulit scientias oēs humanitus adinuētas: et de mysterio huius natiuitatis qua ꝟbū caro factū est interrogat sed aut nullā an. dubiā aut erroneā ꝑstāt rēsionem. ¶Non video inq̄t grāmatica qua ratione aut noīm impositiōe: eterni⁹ hīc incipiat durationis initiū: īmēsus mensurā: impassibilis passiōnē: omnipotēs et īmortalis impotētie mortalitatisq̄ defectū. Si eñ eternus est: non habet initiū: si autē initio careat: eternus appellari nequit ex regulis ꝓhibet. ¶Interrogata sup hoc logica qualiter inquit hic terminus homo q̄ species specialissima est: de pluribus spē et plus q̄ spē differētib⁹ verificari ꝓtinget: vtputa de sorte et deo. Hoc ꝓdicabilia mea: hoc ꝓdicāmēta non habent. Porro qualis sit ꝓdicatio de⁹ est homo nisi aut ꝑ se sit aut ꝑ accidens: non intueor eā. Si ꝑ se diceris: ergo vel necessariā vel simplicit⁹ impossibilē ꝓfiteri necesse est: ipsam ꝟo non esse necessariā cōstat: impossibilis ergo dicēda. Et si ꝓdicationē hanc per accidens asserere malueris: monstra quo pacto id fiet: cū neutrū extremorū in accidentiū ꝓdicamento reponat. ¶Rhetorica persuasionib⁹ suis astruit q̄ si mulier pepererit: corrupta est: si genuit: a viro cognita est. ¶Le terū aritbmetrica: vltra suā esse fatet ꝑspicacitatem: q̄ in deo partiū cōputet numer⁹: q̄ due in eodē ꝓsupposito nature integre numerent. ¶Stupet geometria: quantitatē maiorē corporis ch'isti per alterā vteri virginalis clausi quantitatez absq̄ diuisione ꝓgredi: quā penetratiōis possibilitatē non concipit. ¶Musica nullos pri⁹ in terris angelicos cātus audiuerat. ¶Nullas ℔ loco suarū personarū et calculationū: nullas cōstellationū vires astronomia perpendit. ¶Quid de naturali philosophia eloquar: ei⁹ experimēta nunq̄ ad hoc pertigerāt: vt absq̄ viri semine puer fo'marē. ¶Quid postremo de methaphisica que deū nec partibilē existere posse: nec cōpositum: nec genitū: argumentis putat necessa-

ꝙ iūs cōdusisse. ¶Sz fateamur magistri ⁊ fratres in christo charissimi ꝺ esse ꝑter naturalē inuestigationis modū qꝺ agit. Neqꝫ em̄ potētiā aut sapientiā adeo coartem⁹: vt infra angustos nostre ꝓscrutatiōis limites posita arbitremur. Mirarꝭ hanc natiuitatē fieri potuisse natiuitatis hui⁹ effectricē potentiā cōsidera: euolabit ammiratio. Miraris tantā dei erga homines benivolētiā: at tēdeqꝺa si paru⁹ amoris ignicul⁹ in tot ⁊ tam arduā nos rapiat: qꝺ de immēsa diuini amoris fornace existimādū putas? Ingens quippe amor magnū dilectiōis opus flagitabat: q̄le fuit illud ꝙ qꝺ verbū caro factū est: nō inquā q̄ altera humane nature pars dicit: vt impi⁹ sensit Apolinaris: sed caro, put totā integrāqꝫ cōplectit humanitatē. Caro inquā factū: nō cōuersione diuinitatis in carnē sed assumptiōe carnis ad suppositū ⁊ vnione quadā ineffabili ⁊ insolita: q̄ materiali tamē ꝓmitor est: nō ꝙ natura hūana et diuino supposito fiat materialit aut in eo sit subiectiue sed qꝫ ab eo ⁊ in eo ē suppositiue. ¶Altero iam nō q̄ram⁹ quō aut a quo sz ꝓpter qꝺ: verbū caro factū est: ꝓfecto vt recōciliaret caro. Plane (inqt Bernat.) deꝫ iaz nos despicere nō poterit: frater em̄ ⁊ caro nostra ē. Naturalis quippe vsus habet: vt caro simile sibi carnē diligat. Iuxta illud Ecclesiasti. Omnis caro ad simile sibi cōiūget. Hec est illa cōiunctio: illa pax: illa cōcordia: illa societas: que ꝙ tēporalē pacē figurata est in vniuerso orbe tūc habitā: quā insup ꝓphetauerat Psal. dicens. Oriet in diebꝰ eius iusticia ⁊ abūdātia pacis Inde ē iocūdissimū illud ⁊ oīni armonicaqꝫ modulationū suauitate p̄stanti⁹ angelicū carmen. Gloria in altissimis deo: ⁊ in terra pax hoīb⁹ bone volūtatis. Et hen q̄ nō bone volūtatis ee cō uincimur q̄ scismatibꝰ vndiqꝫ: ⁊ vndiqꝫ dissensionibꝰ agitamur. ¶Verbū inquā caro factū est: cur ita? q̄nus vidediqꝫ ad ipm oīnis caro veniat: vt videat oīnis caro salutare dei: vt dicat q̄libet gloriabūda voce cū ꝓphēta. Cor meū ⁊ caro mea exultauerūt in deū viuū. Corruperat itaqꝫ oīnis caro viā suā. Genes. vi. ꝓterea ꝙ carnē in corruptā sanare ꝺecreuit. ¶Nec alia venēdi causa fuit p̄m attestatiōes sctōrū (quas omitto) q̄ petōres salnos facere. Neqꝫ em̄ causa incarnationis fuit ꝓfectio vniuersi: nō creaturaꝝ in deū reductio: nō manuductio ad capescēdū trinitatis mysteriū: nō alie hmōi cause a q̄busdā curiose forsan magis q̄ pie aut fideliter assignate: sed vnica incarnatiōis aut ꝓcipua ratio fuit carnis nostre purgatio. ¶O glorificāda prorsus dei caro q̄ originalē ab oīni carne sufficiens diuit corruptionē. Mir⁹ hic amor: pietas etiā mia. Erubescat tā hoīs caro petōꝝ sordib⁹ mānari: p q̄ verbū caro factū est: quietā būdicat ois caro nomī sctō eius. Et quō būdicat? Utiqꝫ pie sctēqꝫ viue-

do ⁊ spurcissima carnaliū lubidinū mānamenta declinādo. Qō q egerit secura mēte illā decantabit ꝓphete vocez: caro mea reqescet in spe. Felix spes: sz reqes lōge felicior: quā nec in futuro nec in p̄senti quidē adipiscat caro q̄ in brutalē carnē degenerat ꝙ q̄ (adeo em̄ cā charā habuit) verbū caro factū ē. ¶Penes me ē q̄ multo plūa de ℟ scōe natiuitatis mysterio dici p̄t: imo discussioni vltro sese offerūt ⁊ ingerūt: qb⁹ ꝓtergressis (nec ei aut potestas aut volūtas ē oīa ꝓsequi) ad tertiā rpi i cordibꝰ nostris spūalē natiuitatē me trās fero. Et quēadmodū ꝓma natiuitas ē a nob⁹ colenda ⁊ desiderāda: q⁹ ex ei⁹ visione beati erim⁹ cū angelis. Et scōa ē nobis celebrāda: qz ꝙ illaz visitati sum⁹ in terris. Sic tertia ē a nobis eligēda ⁊ ꝓcurāda: qz ex illi⁹ fecūditate amici erim⁹ ⁊ affines diuinitatis. Neqꝫ em̄ aliud ē dei filiū spūaliter gigni vel nasci in cordibꝰ nostris: q̄ eū tāqꝫ spūalē amicū admittere ꝓtectorēqꝫ ⁊ viuificatorē in ania nostra nouit suscipe ⁊ inhabitatorē possidere. ¶Et ne absonū tbi forte videat ꝙ deū nostris in cordibꝰ gigni dico q̄si illius matres existi mauis audi ipm q̄ Matth. cū. ait. Quicūqꝫ fecerit volūtatē patris mei q̄ in celis ē: ipe me⁹ frater ⁊ soror ⁊ mater ē. Totiēs nāqꝫ ania velut mater in se deū ꝓcurit: quotiēs ꝙ mādatorꝫ suorū obseruationē ad gratiā ei⁹ redit. ¶Optāda ꝓfectoꝝ totis desideriorū nisibꝰ affectāda talis natiuitas Si quidē ⁊ a carnali ⁊ scōa natiuitate spūalem hāc secreueris spūalis eligibilior etiā Marie fuit q̄ carnalis. ¶Verū qd faciem⁹ cū nat⁹ nobis fuerit ⁊ habitauerit i nobis. Nō expellem⁹ quidē: sz sedulū eidez exhibebim⁹ officiū q̄si ad nos putem⁹ patrez de puero hoc dicere qō de puero Moyse filia Pharaonis dixisse legit. Exod. ij. Accipe puez istū ⁊ nutri mihi ego dabo tbi mercedē tuā. Et quā mercedē? sane vitā etnā. ¶Itaqꝫ paruul⁹ iste vt alioꝝ vsus reqrit septez tractet obsequiis. Ad hoꝝ vero qꝺlibet septē obsequiorū debita cōgruitate ꝓstandū: tondē assumende sunt nutrices ⁊ virgilitate ⁊ diligētia ⁊ sagacitate ꝓcellētes. Prio inuoluēdus ē. Scōo reclinādus Tertio custodiēd⁹. Quarto lauādus. Quito balneādus. Sexto pascēd⁹: ⁊ deinde alio portādus vel baiulādus. Puritas: charitas: trāq̄llitas: deuotio: pietas: misericordia: obediētia. ¶Involuit ꝓmo puerū Jesuz pānis mūdis ⁊ feruido lachrymarū liquore lotis ipa puritas q̄ et cōtritione cōfessioneqꝫ gignit iusticiā. Quippe nouit est puez būc sordidis in pānis q̄escere nō posse iuxta illud. In malivolā aniaz nō. Quāobrē dicit cū Psal. Lauabo ꝙ sin. no. lec. meū nō. Deꝫ o lachryme dū ꝙ cineres petōꝝ ⁊ ꝙ austeꝝ amare recordatiōis saccū colate st: efficacissimū ad mūdificatione mētis lutuū efficiūt. ¶Debīc ad puez i cunabul' reclinādū offert se nutrix scōa q̄ chari-

tatis nomẽ habz ad quã spectat illa.i. Cañ. vox Fasciculꝰ myrrhe dilectꝰ meus mihi: inter vbera mea cõmorabit. ¶ Reclinati porro ad custodiaz pueri necessaria ẽ nutrit tercia q̃ trãquillitaz vocabulo dicit a malorꝫ negociorꝫ fragore: z a linũ strepitu hũc sedule puerũ custodit: z dum alius vehemẽtior terrenarꝫ curarꝫ clamor insonuerit illud Abner. i. Regũ. xxvi. fortiter exclamat: ꝙs es tu qui clamas z inq̃etas regez. Suos insuper seruulos ꝙs sensuũ noie appellanꝰ iterũ z iterũ monere nõ cessat vt ab oñi nocuorꝫ incursu pueri huius lectulũ custodiãt: negligẽtiq; autẽ mynãti increpatiõe atrociter inproperat dicẽs illud qó ibidẽ in Dauid pson subdit. Vsquꝫ dominꝰ filij mortis estis vos ꝙ nõ custoditis dñm vestꝝ regẽ christũ domi. ¶ Subinde post dormitionẽ leuãdus est puer. Hoc obsequiũ pstabit quarta nutrit sctã meditatio: q̃ totiẽs pueri hũc excitat quotiẽs horologiũ amoris suo põdere cecidrit atq; pulsauerit dicitq;. Exurge quare obdormis domine exurge z ne repellas in finẽ. Ipm ꝓ excitatũ euoluit: z pãnos explicat ꝗbus ille induit qui ẽ amictꝰ lumine sicut vestimẽto. Pãni autez illi ꝗd aliud sunt q̃ sue diuinitatis suorũq; secretorũ arcbana mysteria: q̃ euoluunt dũ pia fide cõsiderant instar Psal. dicẽtis. Reuela oculos z cẽ. ¶ Postmodũ pueri huiꝰ balneũ ꝓparat ꝗnta nutrit scz pietas: hec intuẽs sctãm meditatiõz q̃ puerũ excitauit: q̃ excitatũ explicauit: q̃ explicatum suauiter allocuta: currit ꝓpe ad fontẽ cõpunctionis in imo pij cordis situ. Anima inq̃t mea liq̃facta est vt dilectꝰ meus locutꝰ est mihi. Et iterum. Factũ est cor meũ tanq̃z cera liquescẽs i medio vẽtris mei. Hac ergo aqua suauissimũ efficit puero Jesu balneũ: qz nõ p cineres peccatorꝫ vt in contritiõe transiit: sz de ipo cõpunctiõis fonte pura nitens inmunitaq; haurit. ¶ Amplꝰ ferro necesse ẽ vt puer taliter lotꝰ pascat. Opus ẽ a misericordia q̃ viscerosissima nutrit ẽ adimplet dum mẽbra eiꝰ reficit pstertim panc spũalis doctrine: qó est verbũ dei: eundẽ insuper dulciũ sermonũ lacte ab vberibꝰ mãsuetudinis eliq̃to porat: cui puer arridẽs. Esurijt inq̃t z dedistis mihi mãducare: z rursuz. Fauus distillãs labia tua: mel et lac sub lingua tua. ¶ Postremo puer noster Jesus baiulãdus siue gestãdus ẽ: iuxta illud aplꝰ. Glorificate z portate deũ in corde vestro. Hoc ipm pstabit obsequiũ septia nutrit videlicz obediẽtia: imitabiturq; Nocmi explũ: de q̃ Ruth liq̃. scriptũ est: q; susceptũ pueruz posuit in sinu suo z nutricis ac gerule fungebat officio. Et bene dicit posuit in sinu suo: neq; em retro aut contra cor Jhesus quasi sarcina grauis suis in preceptis ferẽdus ẽ: sz in anteriori sinu: z ad cor inte bone opatiõis brachia amorose stringẽdus est. Inde ẽ illa ipius postulatio in cãticis. Cañ. vi. Pone me vt signaculũ sup cor tuũ: z sicut signaculũ sup brachiũ tuũ. ¶ Atq; summopere sum maq; sollicitudie z studio nutrit hec obediẽtia pcauere debz: ne in via mãdatorꝫ dei offendat ad lapidẽ inobediẽtie pedẽ suũ: alioq̃n puero casus imineret: z in nobis tali crimunis allusiõe spũaliter moreret. Audistis magistri z frres in christo charissimi q̃liter puerũ Jesũ in nob p ꝺi grazz spiritualiter hodie natũ z inhabitantẽ iuoluere debet puritas: inuolutũ reclinare charitas: reclinatũ custodire tranq̃llitas: deinde meditatio ipsuz excitat: pietas lauat: misericordia abstergit: obediẽtia gestat: ꝗbus istis quẽadmodũ ꝑmissuz ẽ solerter diligẽterq; exhibitz pficit in habitaculo cordis nostri puer Jesus tã etate quã sapiẽtia coram deo z hoibꝰ donec crescat ad mẽsurã verbi pfecti. Ubi tũc habitabit in nobis nõ p fidẽ tãtũmodo z granã: vt patz in pseuti vita: sz p gl'iam cõsummatã: quã nobis pstare dignet verbũ hodie caro factũ: dñs noster Jesus xpus Amen.

Sermo factus per eũ

dem domica i septuagesima. M.ccc.xxxvij. crastino Vincẽtij.

Jsit illos i vineã suã Matth. xx. Reuerẽdissimi dñi: pres ac magistri mei sus ego ad vos ꝙ venustissimã banc parrhisien. vniuersitatis vineã bõis artibꝰ excolitis: quã tu deꝰ optime de egypto trãstulisti: q̃ extendit palmites suos a mari vsq; ad mare cẽ. Dissus inquã vinũ pdicatõis exprimere: vbi illud Lauriã: vnde eliciaz vir babco. Jta em hodie pdarꝰ ille in primis: z absq; dubitatõe doctissimꝰ viticola noster pceptor meꝰ a puero: z doctor cũ reuerẽdissima auctate rememorãdꝰ semp mihi. Ille inquã thematis nostri verba q̃ si rondẽ pgrauidos diuine scripture racemos: p studiꝙ torcular tãta virtute q̃ posset z vinũ admoninõis pferuidũ tã acriter nec minꝰ abundãter expressit: vt nil mihi pter folliculos ianes: pter acinos z nescio ꝙs vini inopes reliquias dimissum videat. Introducꝰ tamẽ atq; missꝰ nec retro pedẽ vertere: nec imperãtibꝰ nõ obsequi possuz. Propterea cũ Jesu syrach sui libri. c. xxx. quasi q̃ colligit acinos post vindemiatores: z ipe speraui. ¶ Ego itaq; tãti vindemiatoris vestigijs inhereꝫ grana vel q̃ neglexit vel sciẽs pterijt: velliberaliter dedit recolligã: z vinũ vtinã tã efficax ꝙ rude z indigestũ elicies in vasa auriũ vestraz: melliori vtiq; mõ imbui digna trãsfũdã illa pus crorata z in auriũ accersita q̃ absq; scissura virginalis tre: vitẽ verã pturit: ad quã recurrẽtes dica. Aue maria. ¶ Dixit cẽ. Parabolicam domini vineã: ecclesiaz figurare: nemo dubitat: qui aut hodiernuz legit euangeliũ: aut matutino sermoni pscens fuit. Ueruz exposito hec non ad-

eo aut auara aut solitaria est vt aliaz prorsus excludat. Quamplures nempe vineas mysticas scriptura loquit: quibus omissis ad psens tm̃ duas introibo. Uineã secz mẽtis hũane: de q̃ Eccl. viij. Uinea mea coram me ẽ. Uineã insup sacre sapiẽtie: de q̃ ad litterã Eccl. xxiiij. Ego q̃si vitis fructificaui tẽ. ¶Istas ideo vineas cõiunxi: q̃ neutra sine altera excoli felicit possit. ¶Qõ ne quis falsi dictũ arbitret: audiat absq; sapiẽtia aiẽ vitem destrui. Trãsiui (inquit sapiẽs) p vineaz viri stulti id ẽ sapiẽtia caret. Credis forte q̃ pulcrã reppererit: audi quid sequit. Et ecce totũ inquit repleuerãt vrtice & vepres: & maceria lapidũ destructa erat. Prouerb. xxiiij. In vrtica dat intelligi mẽtis adustio: quã voluptas ingerit. In spinis pũctuosa: lacerosa: vlcerosa: & dolorosa mentis pũctio: quã cupiditas parit: in destructi palis: in destructa maceria ruinosa mẽtis clausio: quã ociositas opat. Sapiẽtiã vero nõ nisi in bona & bene ĩstituta aiã reperire posse: aperte monstrat illud Sapiẽ. i. In malivolã aiaz nõ introibit sapiẽtia: nec habitabit ĩ corpe pctis subdito. Pie asit agẽtibꝫ dedit sapiam. Eccli. iij. ¶Hanc igit vineã duplicẽ nũc introgressꝰ: excolẽdã esse suadebo psentẽ collatiũculã sub tribꝫ psuasorijs oratiõibꝫ absoluẽs. Est siquidẽ genꝰ hoc dicendi vehemẽtiꝰ atq; cõcitatiꝰ: qõ quasi aliqbꝫ ꝓborũ stimuli mẽtes penetrat: & viuis eas faculis accendit ad virtutẽ. Prima oratio psuasiua erit de vinea spũali nostre mẽtis vt ad eã prno mane consurgam⁹. Secũda erit de cadẽ vt eam ipam debite excolam⁹. Tertia erit de vinea sapiẽtie vt eaz diligam⁹. Auditores autẽ vos benuolos habere pcor: & hoc a vestra bũanitate & clemẽtia ipetratũ sperãs incipio. ¶Adestote optimi adolescentes: & summi patrisfamilias iussionẽ credule auribꝫ attẽdite. Ite vos in vineam. Ite currite: rũpite moras oẽs. Quoniã vt Naso ait. Labit occulte fallitq; volubilꝭ etas: & nihil ẽ annis veloci⁹ Tragicus q̃q; Seneca. Properat cursu vita citato volucriq; die. Rota pcipitis volvit anni. Accelerãdus idcirco cursus ẽ. Atq; ignotus piger ille ẽ a quodã vulgari poeta descriptus. Qui si mane vocet obaudit.

Si citet adhuc iterata voce sonora
Rare vigil stertit tandẽ clamore coactus
Ore tamẽ lento lingua monet & mihi: quid vis?
Inquit surge vem de⁹: miser en ego surgo
Vade sequar: nec eũ sequit quẽ decipit: & tu
Nõ venies? dudũ venissem sed mihi vestes.
Quero nec ĩuenio: q̃s demon sustulit illas
Surge cito: dñe sum pnsto: nec est tamẽ: immo.
Vel caput huc illuc vertit vel brachia scalpit
Hebra vel in longũ distẽdit: sic sibi quasdã
Undelibet morulas q̃rit sibi: sic venit ore
Nõ pedesic veniẽs nunq; venit ille coactꝰ

¶Quã multorũ hic mos est q̃ nõ tẽporalis: sed eterni domi vocationẽ sommiãtes audiũt: a cubilibꝫ pctoꝝ sordidissimis auelli neq̃unt. Uere aliter est agẽdũ: quoniã magnũ opus ẽ: tẽpus vero brevissimũ. Deminisse siq̃dẽ debetis & a dominica pabola didicisse: vni⁹ tãtũmodo diei spaciũ nõ ampli⁹ ad laborẽ datũ esse: tã velox: tã brevis: tãq; caduca ẽ mortaliũ vita. Quẽadmoduz itaq; dies ab algida aurora ĩchoãs: paulatim p horas & momẽta ad intẽsuz meridiei feruorẽ: & abĩde in gelidã noctẽ pgredit. Nõ aliter hõ ab infantia incipiẽs gradatim p puericiã: p adolescẽtiãq; & iuuẽtutẽ quasi p totidẽ horas ad viriduz & nubile virilitatis robur pducit: subinde in senectã & decrepitudinẽ: in tenebrosaz deniq; noctis mortẽ: sensiz ac sine strepitu relapsur⁹: q̃ vita brevis q̃ tota fugacissimo diei vni⁹ cursu mensurat. Numera mẽses: annos atq; lustra: nil aliõ quã exigua diei vni⁹ momẽta sunt. Adde q̃ aliaz rerũ pditioni vtcũq; succurrit tẽporis iactura irreparabilis ẽ. Qõ notauit vulgati ꝓsus grauis sententia. Quisq; põt rebus succurrere nemo dieby. Inde ẽ lyricũ illud Oratij ad postbumũ. Eheu fugaces postbume labunt anni. ¶Quãobrẽ p clarissimi adolescẽtes vnanimes dicite & in op⁹ deducite illud Ẽticoz. vij. Mane surgam⁹ ad vineas: periculosa q̃ppe est mora: ridiculosa est curuatura: fructuosa excultura: ideo mane semina semẽ tuũ. Eccli. xxv. Ideo surgam⁹: surrexim⁹ & erecti sum⁹ in ipo ad vineas. Plãtabunt vineas: & bibẽt vinũ eoꝝ. Amos. ix. Nõ expectetur tertia: nõ meridies: aut ipius ad extremũ solis occasus: sed mane fiat. Dedecoz ẽ instar mortuorũ pstratos humi iacere: & vt Persius indignãs ait curuas in terris habere aiãs. Ideo surgamus cõmisse sunt singlis singule vince: q̃ neglecte peccati vir⁹ pariũt: exculte ꝓ fructificãt in vinũ felicitatis eterne. Ideo ad has surgam⁹ vineas. ¶Sed dicet forsan aut pigrior: aut sõnolẽtior aliq̃s: cur mane & nõ post⁹ vesperi? Accedẽtes itaq; nouissimi pponemur ꝓmis: & mercedis tantũdẽ intra sentẽtiã parabole hodierne sum⁹ accepturi. Incassuz igit tota die sudantes nostra attererem⁹ corpuscula: et estus ponduseq; diei intolerabiles gratis subirem⁹. Ludẽdũ potius ẽ & adolescẽtie iuuẽtutiseq; affectibꝫ gratissimis & placidissimis indulgẽdũ ipsi nature: senecturi quãdo q̃dez aliud agere fas nõ erit vincet cultus relinquat. O fallacissimas spes: o exptationes vanissimas: quot pemerunt adolescentes: quot ad celuz euolaturos iuuenes: in eterne dãnatõis pcipitiũ ruere coegert? Nõ vos moueant inertiũ seruorũ voces: quoniã q̃ mane dedit: nec meridiẽ nec ipam quidẽ tertiaz spopondit: sed vt sapiẽter sapiens affirmat oĩa in futurũ seruant incerta. Eccles. ix. ¶Quã multi p

lices vite annos: aut somniantes aut ꝓmitten/
tes: vno die: vna hora: vnoq; momẽto miserabi/
liter obierũt: q̃t inter has vane spei voces occu/
buerũt: videre stupor ẽ. Propterea filio suo ꝑ/
piebat dñs vinee Matth. xxi. Fili vade opari in
vineã meã. Dicere mihi visus ẽ: pater suz: tu fili⁹
obtẽperãdũ: vadẽdũ ẽ bodie: nõ prastinãdũ ẽ:
opari nõ obtorpescẽdũ ẽ: in vinea fructificãdũ ẽ.
¶ Sed assurgit hec iproba t temeraria spes ta/
cito murmure secũ insusurrãs: nõ bodie sz cras:
erit bodiern⁹ dies vt hestern⁹ sit in voluptate: sit
in iocis: sit in delectatiõe: cras ab his resipiscaz:
cras vince cultui operã adhibebo: an audiz cor/
uinã vocẽ: an infidã fiduciã aniaduertitis: audi
te pot⁹ illud nõ taz creditũ q̃ expertũ Nasonis
verbũ. Qui nõ est bodie cras min⁹ apt⁹ erit quo
usq; cras t nunq; bodie: fiãt queso oia ista cras
vnũ bodie: aut vnũ mane in qua vineã tuã ope/
ris. Nec frustra ꝓbetã dixisse putes: bonũ ẽ vi/
ro cũ portauerit iugũ dñi ab a. s. Tren. iij. Jugũ
liberũ ac regiũ: t nisi xp̃m mẽdacẽ putes: suaue
atq; leue: graue at fortassis cũ incipit: mox vt mle
ris in obiectationẽ veniet. Jõo bñ ꝓcipit rhetor
ille Tul. Optima forma viuẽdi eligẽda est: quã
iocũdã reddet ꝯsuetudo: t Naso. Qõ male fers
assuesce feres. Jugũ leue ẽ si pẽ ent pabulũ t pre
mũ: t facil labor quẽ amor opat: mollibꝰ vero t
eneruatis ac nõ amãtibꝰ nibil nõ difficile ẽ. Por
ro Sen. in se exptũ esse ait q̃ facillime tenera cõ
ciliant ingenia ad recti amorẽ: t Leuit. i. nõ mi/
tũ corruptis injicit manũ veritas. Ferocissima/
rũ em̃ beluaz catulos edomam⁹: t teneras plã/
tas circũflectim⁹ vt libet: senectã expecta solamq;
tẽporis morã: frustra hec agere conaberis. Hec
alia rõ ẽ cur pueros suos ꝓfesti parẽtes aut scho/
lis aut aliaz rez opificibꝰ tradũt: nisi q̃ grandior
etas min⁹ bis apta ẽ: q̃to sat⁹ bene inẽrti ac ferti
li ab ineũte etate vacãdũ ẽ: qua arte alia venusti
or nulla ẽ nulla insignior: nullaq; sciri difficilior
cũ ecõtra mala mẽs p se t sine mgrio (vt Sene.
B ait) addiscak. ¶ Qua ꝓpter o ingenui adolescẽtes
dũ vinea vestra ẽ instar cere flexibil: dũq; vicio/
rũ frutrices in eã nõdũ alte radices egerũt: eã et
colite: ad eã vigilate. Facillime siquidẽ violabil
est: aut ab estuãti t igneo vapore libidis: seu a ge
lida bruma vl a turbido t exurẽti vẽto ambitio/
nis aut alia peste bmõi: q̃ t simulia incõmoda: si
vineã tenerã vobis nõ obstãtibꝰ uruaserint ꝺ ea
actũ ẽ t perit. Eligẽte igit et ea primũ ac puz vi
nũ nec sordidis criminũ fecibꝰ mixtũ: t vestris ĩ
vasiq; recõdite: qm̃ flacci ꝓbũ ẽ qꝺ Aug⁹. placuit
quo sel ibuta recẽs suabit odorẽ testa diu: ait em̃
Sen. ij. epl arũ. i. q̃ in etate sili vino: pmũ optim
est. Jdeo Virgil⁹. Optia q̃q; dies miseris mor
taljbꝰ eui. Prima fugit: subeũt morbi: tristisq; se
nectus. Primũ insup vinũ grauissimũ ẽ t deo ac
ceptissimũ. Ad ꝟ iudei pmitias vindemie offer/
re iubebãt sacerdotibꝰ: cõtra detestãdã illoz ig/
nauiã q̃ pmitias etatis t vindemiarũ suaz spũa
liũ mũdo largit effluũt: feces sue senectutiz ꝺo da
re dedicareq; ꝓponẽtes. Qui cauere debẽt ne au
dire mereant illud xp̃i. Nõ bibã amodo de geni
vi. b. Matth. xxvi. Qm̃ vitiz senex q̃ ab initio nõ
exculta ẽ cõuertit in labrusca: aridã: nodosam et
erosam: cui⁹ liquor acerbissim⁹ ẽ. Nimiz si deli/
catus vini spũa! potator xp̃s talis modi vitiz ger
men aspernet. Nimiz etiã si hos senes de mise/
riis suis q̃bꝰ euelli sepe frustra conant: hora diei
nouissima ingemiscẽtes nequaq; audiuit sũm⁹
patrfamilias q̃ eũ bacten⁹ semp mittẽte vocãtẽq;
habuerũt contẽptui. Mẽs erat mea generosorũ
adolescẽtũ exẽpla: vt Platonis: Carbonis: Cyri
Alexãdri: Alcibiadi: sctissimoz pterea vt Sa/
muelis: Dauid: Joãnis: Nicolaiac similiũ q̃z in/
gẽs multitudo ẽ: ad vestrã reuocare mẽoriã sed
verit⁹ sum ne pon⁹ obuerẽ aut fastidirẽ rez mi/
litudie. Sans ẽ dictũ nõ agatis vt illoz sitis i
numero q̃ vineã domi. i. aniaz suã pmo mane in
uẽturis excoluerũt: de q̃bꝰ bodierne pabole mi/
nio dicit q̃ erut dñs pmo mane cõducere opari/
os: t misit illos in vineã suã: qꝺ fuit thema pa/
suptũ: vbi cõformit ad ꝑdicta pmo mittẽte no/
bis ꝓponit cõsummata tã actio sedulitatẽ exptã
mẽs imitãdã cũ dicit: misit de preterito Viere.
xxxj. Vbi ad vos oẽs seruos meos: ꝓbetas ꝺ
nocte cõsurgẽs. Ecce diligẽtia q̃ imitãda ẽ. Nã
Viere. xxxij. dicit q̃ nõ nuttebant ꝓbẽ t pcurre/
bant. Ergo a maiori nos q̃ mittimur habem⁹ ꝑ
currere. Et sic in nullis subitũ git firmata opano
ocioſitatẽ reprimẽs fugiẽdã: ubi scz oparios. Ec
clesiasti. xxxiij. Mitte illũ in op⁹ ne vacet. Mul
tã em̃ malicia docuit ocioſitas. Et ideo sp aliq̃d
boni facito ne te diabol⁹ inueniat ocioſuz. Jn vi
nea cõprehẽdit grata fructificatio sterilitatẽ pe
rimẽs rescindẽdã: in vineã scz Ezech. xxij. Fac
ta ẽ vinea t fructificauit in palmites: t emisit ꝑ
pagines. Et Canti. ij. Fructũ suũ dabit vinea.
De tribꝰ sil illud tã pallegatũ reputak: fili vade q̃
ad primũ: opari quo ad scm̃: in vineã meã quo
ad tertiũ. Hec de pma oratione.

Sequitur secũda oratio

qualiter vineã nostrã excolere debeam⁹.

L

Otis accingmini viribꝰ insignes
viticole: sumite sarculos: ligones
t adaptate: ortus ẽ sol: exeat homo
ad opus suũ t ad opationẽ suam
vsq; ad vesperũ. Pudeat seruos stertere: pudeat
iacere: cũ tã clarũ mane fenestras intrat vt apud
Persiũ est. Lucq; vigil ille vẽturus paterfamili/

as prídem etierit qui trem̃dis vocibꝫ intonans
acclamat. Quid hic statis tota die ociosi: ite et
vos in vineã meã: quę ẽ mea vestra: ꝓcipit incũ
crãter. Ite in vineã meã ipam excolite. Ite non
quidẽ gressibꝫ corpis: sꝫ pijs affectib⁹: neq; enim
maria nobis trãsfretãda sunt: aut deserte solitu
dines adeũde: sꝫ qõ ꝑsentissimũ est ad nos. Ite(
t ꝓsio obediẽtes) nõ vos ꝙsueritis extra. ¶ Ha
bet itaq; vestrũ q̃libet vitẽ intra se sui corpis in
terclusaz: similẽ illi quã somnias ille incarcera
tus pincerna ꝑaraonis se vidisse refert Beñ.
pl. Videbã inq̃t vitẽ corã me in q̃ erãt tres ꝓpagi
nes. Mystice vitis hec ania nostra ẽ. Et ꝓpagi
nes tres sunt ipius vires: scz vis rõnalis: vis cõ
cupiscabilis: t vis irascibil'. Sermina sunt cogi
tatiões. Flores affectiões: rue sunt opatiões: q̃
dũ ꝓdeunt q̃si in vinũ erpmunt. Hec aũt vitis:
si neglecta nec cultu ꝟtutũ assidue exercitata sit:
(vt fieri solet) cõuertit in labruscã: seu vineã sil
uestrẽ: qualẽ erat illa ab Heluzei famlo repta. iiij.
Reg. iiij. Hanc cõuersionẽ pessimã grauiter
rogatiõe culpat deꝰ. Mere. ij. Ego inq̃t plãtaui
vineã electã: q̃modo ergo cõuersa ẽ in prauã vi
nea aliena: t Isaie. v. Exspectaui vt faceꝛ vuas
t fecit labruscas. ¶ Et quoniã q̃lis arbor ẽ: talis
eius esse fructus necesse ẽ Matth. vij. Istarũ tã
diuersarũ t aduersarũ vinearum: disparia vina
sunt: ambo tamẽ mitra. Primũ est dulce suaue t
odorifer: reliquũ salsuz putre t feculentũ. Pri
mũ pollicet ania sctã dilecto suo. Dabo inquit ti
bi poculũ ex vino cõdito Isaie. viij. Ideo cond
to: q; varijs cõfecto virtutibꝫ tanq̃ ex multis aro
matibꝫ t pigmẽtis. Scõm vinũ: id ẽ de q̃ Psal.
ait plenũ mixto. i. multiplici pctõ cui⁹ fex nõ ẽ ex
inanita. de quo Hib. o. pe. ter. t Deuter. xxxij. Fel
draconũ vinũ eoꝝ. ¶ Videtis q̃ miserãda trans
formatio t q̃nto cũ discrimie nostre mẽtis vinea
aut inerti torpore aut ꝑastinatiõe pcrsa debi
to cultu exerceri contẽnit. Ecce nũc tẽpus puta
tionis ac spũalis exercitij aduenit: septuagesima
scz q̃ in septẽplici denario dierũ: quasi septẽ bo
ris claudit: vbi quisq; opari renuerit: diurni ex
pers erit denarij: nec cũ chro bona nouissima re
surget ad vitã. Laborem igit t nõ labat nec ꝓ
dige spargat tẽpus: res (vt Seneca ait) pciosis
sima: nõ ꝑdam⁹ vineã ꝑ qua irrigãda noster olim
domin⁹ ẽ crucifix⁹ t nõ sit vilis nobis ania no
stra que tam chara illi fuit. Neq; eñ domũ neq;
vestẽ neq; suppellectilẽ malas habere volum⁹:
nõ malã simulat habeam⁹ mentẽ: sit pcor chariꝰ
nobis ania nostra q̃ tunica. Unde ꝓsus monz
sapiẽs. Miserere inq̃t anie tue placẽs deo. Ec
cli. xxx. Et quõ illi⁹ misereris quã perimis: quõ
illã amas quã sentibꝫ petrꝰ duriss̃imis cruciari
t dẽsissimis suffocari ꝓmittis. Ad misericordiã
tamẽ si villaten⁹ flectere põt miseria illius abũde
miserãdũ erat: cũ nulla sit maior: nulla deterior:
q̃ que ex pctõ orit calamitas. ¶ Queso te dũ di
strictissim⁹ labor nostrorũ exactor bona dies no
uissima: quid egeris pcontabit: q̃d dices: quã cõ
tegeꝛ respõsiunculã: Nõ erit mẽdaciorũ locꝰ tre
mens pudorq; suffusus t attonit⁹ respõdebis
illud Esaĩ. i. Uineaz meã nõ custodiui. Delicati
vere t inertis serui respõsio hec ẽ quã nõ léto pe
de subsequet crudelissima dãnatio. ¶ Assurge
igit t operã da vt anie tue vitis radicet ꝑ ꝓfun
dam humilitatẽ. Suffimiget ꝑ doctrine susce
tionẽ: fodiat ꝑ cordis cõtritionẽ: irriget ꝑ lacry
marũ effusionẽ: extirpet ꝑ puram cõfessionẽ. Et
tandẽ putet per plenã satisfactionẽ. Sit i ea tor
cular disciplinate cõuersatiõis: q̃ virtuose deuo
tionis vinũ exprimat: sit turris aut specula alte cõ
templatiõis: t diligẽs mãdatoꝝ obseruatio: tanq̃
sepes atq; macera: ferreũ habeto ligonẽ fortitu
dinis acutũ: farculũ tẽperãtie: t vinũ fraterne di
lectiõis: sint capaces rõne tue in mẽoria: nec effu
entes aut rimose: ꝑ ꝓceptoꝝ obligationẽ. Deni
q; cõtra ostẽtationẽ sint obserata atq; clausa cor
dis tui cellaria. Dũ vero mortalitat̃ tue ac fragi
litatis mẽoꝛ: terre diu recurꝰ inheseris: subrige
te interim etber altũ intuere: lassasq; vires refo
ue. Sub diuo t in cãpestribꝫ virtutũ sit habita
tio tua: t in grate cumulruantisq; vrbis: curiosis
sima otia: t eneruatas rabidasq; delicias: dolos
inuidiã: fraudes: ex anio tuo dimoue t detestãs
fuge. Arceant̃ a portis ac introitibꝫ vinee tue in
sidiantiũ demoliciũq; ferarꝫ occursatiões: ꝑ por
tã oculorũ tuoꝝ: caue ne introeat elatꝰ superbie
cornus: nõ onager iugi domiq; ipacuus: nõ eri
caus malarꝫ cupiditatũ aculeis respsus: obtruda
tur auriũ ianua ne vulpecule adulationũ falla
ces ac subdole obrepãt: nõ pateat ꝑ guttꝰ aper
turã voracibꝫ lupis ingressus: nec ebriosis licitꝫ
vini auidissimis: claudat̃ lingue volubil' cardo
ipijs cauibꝫ detractoribꝫ clamosis atq; mordaci
bus. Super oĩa obseruet ianua tacit⁹ t mille se
riis milleq; vocibꝫ obseret: aliocñ libidinose im
mũde lutose ac sordide sues: olidi hirci: aprj tru
ces oĩa subuerterẽt cõculcarẽt t solis afflatibꝫ
exurerẽt. Flama forꝫ spũ per mbã oꝛonis con
tra aues celi q̃ sunt demones Matth. xiij. Eas
dã ꝑ signũ crucis vinee affixũ vehemẽter exter
reas. Hec age ne in vineã tuã incidat illud ꝓphe
te dictũ. Exterminauit eã aper de silua: t singula
ris ferus depastus ẽ eam. Inde illud. Diripue
runt eaz oĩes trãseuntes viã tẽ. Naboth mo
ri maluit q̃ vineã suã ꝓtio magno regi achab
venũdare: patet. iij. Reg. xxi. Et quõ tu vir: taz
mẽtis tue bus bostibꝫ grates offeres: q̃ nõ vt vi
nea naboth caulibꝫ cõplãtanda erit: sed lappis
tribulis salijs q; asꝫ petrꝰ acutissimis t miseraꝛ
arumnas discerpentibꝫ erit respergenda Ma-

na prorsus cēt insania. ¶ Curādū ē ptērea vt z p̄ noiate vitis ꝓpagines trib⁹ palis fulciant. Vis rōnalis palo fidei: vis ꝯcupiscibil palo spei: vis irascibil palo charitatis. Hā ℞ neglecto vitis ꝓparū viriū inops humi pſternit: z ī altū surgere nequiēs ex humido telluris attactu viciosaz cōtrahit putredinē. Hinc nascūt aranee supuacue curiositatz: hīc spurcide limaces crudelitatz: hīc vorax cupiditatis eruca ⁊uotōis medullā z gſcrorē penit⁹ exiccātes: afferētes insup secū illā maledictionē abacuc. iij. sc̄ptā. nō erit germē in vineis. Nihil itaq; altū: nil magnificū: nil celeste cogitare p̄t q̄ fidei spei z charitatis artis vincul' z firmis retinaculis nō inherēt: sz terrenis toto pōdere incūbētes ad oīa vicia pcliui dilabūt. Hoc est qđ ī bestias boīes vertit: z rōnis obtūdit aciē ita vt hō tot⁹ brutalis effect⁹ sape nō possit celestia: sz in oīne nefas atq; facin⁹ impellit. Hā vbi piecta fide regnat ignorātia vbi desperatio speī locū tenet: vbi cupiditati cedit charitas: cupiditas instimulat: ignorātia excecat z desperatio p̄cipitat. ¶ Lōge alit insignis ille vince cultor paulus. Scio inq̄t cui credidi: z cert⁹ sum: q; potēs est depositū meū ſuare in illū die iust⁹ iudex: ecce ligaturā ei⁹ cum fide z spe. ij. ad Thim. i. z ad Rom. viij. Cert⁹ sum enī: q; neq; mors neq; vita neq; angeli z c̄: z sequit: neq; creatura alia nos separabit a charitate dei: ecce tenacissimū charitatis amplexū. ¶ Hūc imitemur z summo patrifamilias anio ꝓmpto paream⁹: valeat apō nos tā tūdez dei iussio: q̄stū apud ip̄orobos neq̄ssimaruz cupiditatū p̄t impia. Naz si eos mittit auaricia ilico p̄gunt: si ambitio dicūt ecce assum⁹: si luxuria p̄sto: si gula non differūt: si inuidia detractio tra: ī auditu solo auris obediūt: z fidelis xp̄ian⁹ deū mittētē z vocātē nō audiet dissimulabit: obsurdescet z excitari ñ poterit: Absit. ¶ Nihil ē qđ cupiditas suos pati ſuos nō faciat: famē: sitī: frigora: sentiā celi: aeriscz īt̄periē: ignominias: p̄bra: cōtumelias: durissima denicz ſuitute humeros p̄mit: sarcinas auget: īferrū. in ignes: in pericula oīnia neq̄ter impellit. Et tamē apud cupidos hec pati ludus ē: vt gloriūcula aliquā aut fedā delectatiūcula adipiscant: siue vt aliq̄to opulētiores fiāt: imo certe vt egētiores: vt inglorij z cruciādi ꝑpetuo remanc̄at. Cur charitas idipm efficere nō poterit qđ tā leuiter p̄t cupiditas: Id qđ mūdus: cur de⁹ nō poterit. ¶ Certe bona tātū modo z integra assit volūtas. Opek iuuenis ꝓstāter q̄dē z pseuerāter: ne bonestū p̄ncipiū īfamis ōōcoret finis. Et ne (vt Horati⁹ ait) atrū. Desinat in piscē mulier formosa supne. Opek ferienter senect: z instar peregrini: diei iactura celerior: cursu currētis: opi bono tot⁹ insistat. Ponak ante oculos p̄miū pollicētis: minātis terrores: z oīm p̄ q̄bꝰ hūana mortalitas torquet: atq; cruciat: inanissima z vēto similissima vanitas. Nemo missionē suā spnat: sz aīaduertat quēadmodū vox illa gratiā notat p̄cipuā. Misit illos in vineā suā Ubi nota bñ ad p̄dicta sūmi patrisfamilias mirandā bonitatē. Hā salubriter nos dirigens misit dñs misit me in bethel. iiij. Reg. ij. Bethel ät habitaculū dei interp̄retat. Ecce salubris directio. Sūmi p̄trisfamilias gratā bonitatē: q̄ singl'arit ē eligens illos. s. operarios. Elegit rex Salomon operarios de oī israel. iij. Reg. v. Ecce singl'aris electio. Tertio summi p̄trisfamilias magnā curialitatē q̄ gta ē allicies ī vineā suā. Vocabit vir: scz xp̄s amicū suū. i. xp̄ianū lōt⁹ vineā suā. Zach. iij Alia real' hor⁹ triū ꝓcordia habek ad Rom. viij. vbi apl's ait. Quos p̄scivit hos z p̄destinauit cō

Finita igitur secunda

oratione tertiā subiūgo q̄ est de vinea sapie vt eā diligamus

q Uisq; adest q̄ celestē btām̄q; vitā ī terra q̄rit: z mores p̄scos cupit mutare: sapiētie vineā petat: z post terguz nullis terrenaz curaz vepribꝰ einsdē se cultui deuoueat. Nulla oblectatio maior: sz nec purior vlla exercitatio aut fructuosior aut viro generoso ac libero dignior: ēe p̄t: nō mun⁹ vllū pene grādius ab īmobili deo boīb⁹ datū ē: q̄s q; in hāc eos vineā initū z ingressuz p̄stat: cui⁹ culturā p̄posuit sapiēs sedib⁹ z regnis. Hācte id q̄dē cū ipa met sacre sapie vitis oblatū sibi regnū cōtēpserit: vñ Judicū. ix. ¶ Locuta sunt lingua ad vites imperare nobis. Que rñdit. Hūquid possū deserere vinū meū: qđ letificat deū z boīes: z int lingua cetera p̄mouet. Magnifica p̄rsus rūsio. Sz qđ ē vinū ℞ qđ letificat deū z hoīes. Sane itelligētia spūalis sacre scripture: q; scriptura cū p̄ torcular vehemētis studij cōp̄imit z cōstringit: vino multiplicis itelligētie spūalis exuberat: qđ letificat deū: nā fernēs inde deuotio ozit: qua inebriatus de⁹ exhilarescit z liberalis efficicit: adeo vt ī star regis Assueri ipi Hester q̄ anīe deuote typū gerit quicq̄d petierit illico se datuz polliceat Hester. iij. Letificat vero boīes ob doctrinā salutiferā quā bibūt: oblinisc̄unt egestatis sue z paupertatis: vt notat Prouer. xxxi. Bibito enī modeste ℞ vino: toti terris despect⁹ in celuz rapiunt leticie. Alia causa ē: nā spūales aīe morbos atq; vulnera: vinū ℞ doctrine sancte curat: quō sanasse legit̄ p̄ vini supinfusionē samaritanū: boiem q̄ descendēs de hierl'm in hiericho incidit in latrōes Luce. x. Hoc vinū ē sinter subtile ac tēperatissimū: qđ ipam domī sabaoth vineā: ecclesiā. s. hactenus aluit: z q̄ potata ac nutrita: in tantū adeo robur vitēq; p̄celsaz excreuit magnitudie. Hāc vineā viri olim eccl'iastici solā colebāt: hāc amabant: in hac exercebant. Sed heu qualiter z q̄s

mutata rerū facies ꝙ aduerso sidere: imo ꝙ per uerso sclere in cōtrariū versa sunt oīa. Que on dū sola viris summis in honore erat: nūc ab hominū infimis habet cōtēptui: z iaz apud nōnullos (ꝙs magn⁹ ille e celo dē⁹ male ꝓdat) infamez dedecoz nomē est: z florentē ei⁹ odorē quēadmodū venenifera aialia ferre neqūt: z raros ei⁹ cultores ridēt: z in fabulosum suū vertūt iocū. Cur ita? Eo scz ꝙ nudi ac inopes eis videant: nec in fames diuitias habēt malis artib⁹: fraude: dolo rapinaq; cōquisitas: ꝙ insup bñficijs carēt q̄ talū importūitas: ne dicā indignissima quersitas: surripit z extorquet. Hinc vinea ipa sapiētie ratis colonis excolit. ¶Atuero creberrimis viticolis mūdane ac diabolice sapiētie vites frequē tant z obstrepūt: quaz vinū grossuz ē: rude: indigestū ac turbulētū: z optim⁹ illoz effectuū opifex: de q̄b⁹ ꝯ. Esdre. iij. habet ꝙ vinū seducit mētem z ꝝ p errorē: oīa p talēta facit loqui p p̄sumptionē: z nō meminerūt hoies cū biberint amicicā neq; fraternitatē: ob insatiabilē auaricie cupiditatē: sumere facit gladios linū: suscitat tumultus disceptationū: turbat oculos rōnis: blesa reddit ora p dolosuz fictūq; mēdaciū: efferacissimas q; libidines gignit: z nihil ē qđ spernere: qđ audere: qđ attēptare nō iubeat: inter hec currūt tēpus suū lucri spe turpissimū. ¶Sed q̄d opus est teneras mozdaci radere ferro auriculas. vt Satyricus ait? Nec annū tā querela est z nō tam exaggerāda verbis ꝙ ab oīpotēti deo seuerissime vlciscenda. Idcirco ad vineā sapiētie redeamus qua nil pulcri⁹ sol vidit: nil creauit natura venusti⁹: nil qđ ecclesie rectoribꝫ magis cōgruat vsq; adeo vt p̄cipiat eis Petrus apl's ꝙ sint parati semp ad satisfactionē oīi poscēti eos rationem de ea q̄ ē in eis fide. i. Pet. iij. Illud infinitis cōsiliū est: platis antē necessariū ad salutē p̄ceptum. Quāti sūt q̄ facere illud sciāt ex raritate theologoz ꝙs solos hoc scire cōtingit ꝓpēdi potest.

dem dominica ĩ septuagesima. M.ccc.xxxvij. crastino Uincẽtij.

Jsit illos ĩ vineã suã Matth. xx. Reuerẽdissimi dñi: p̄res ac magistri mei z in ſ sus ego ad vos ꝙ venustissimã banc Parrhisien. vniuersitatis vineã bõis artibꝰ excolitis: quã ri deꝰ optime de egypto trãstulisti: q̄ extendit palmites suos a mari vsq̄ ad mare z̄. Missus inquã vinũ p̄dicatõis exp̄mere: vbi illud haurias: vnde eliciaz vir babco. Jta eñ hodie p̄darꝰ ille in primis: z absq̄ dubitatõe doctissimꝰ viticola noster p̄ceptor meꝰ a puerorꝝ z doctorꝝ cũ reuerẽdissima auctate reminiscẽdꝰ semꝝ mihi. Ille unquã thematis nostri verba q̄ si rotundẽ p̄grauidos diuine scripture racemos: p studiũ torcular tãta virtute q̄ posset z vinũ admoninõis p̄feruidũ tã acriter nec minꝰ abundãter exp̄ssit: vt nil mihi p̄ter folliculos tanos: p̄ter acinos z nescio q̄s vini inopes reliquias dimissum videat. Introducꝰ tanẽ atq̄ missꝰ nec retro pedẽ vertere: nec imperãtibꝰ nõ obsequi possiuz. Propterea cũ Jesu syrach sui libri. c. xxx. quasi ꝙ colligit acinos post vindemiatores: z ipe speraui.

¶Ego inq̄ tãti vindemiatoris vestigijs inherẽs grana vel q̄ neglexit vel sciẽs p̄terijt: vel liberaliter dedit recolligã: z vinũ vtinã tã efficax q̄ rude z indigestũ eliciẽs in vasa auriũ vestraz: meliori vtiq̄ mõ imbui digna trãsfudã illa pius exorata z in auriliũ accersita q̄ absq̄ scissura virginalis tre: vitẽ verã p̄purijt: ad quã recurrẽtes dica. Aue maria. ¶Dixit z̄. Parabolicam domini vineã: ecclesiaz figurare: nemo dubitat: qui aut hodiernuz legit euangeliũ: aut matutino sermoni p̄sens fuit. Ueruz exp̄sitio hec non ad-

eo aut auara aut solitaria est vt aliaz prorsus excludat. Quamplures nempe vineas nristicas scriptura loquit: quibus omissis ad ꝑsens tñ duas introibo. Unea scz mētis būane: de q̄ Cant. viij. Unea mea coꝝ me ē. Unea insup sacre sapiēne: de q̄ ad litterā Eccl'i. cxiij. Ego q̄si vitis fructificaui rē. ¶Istas ideo vineas cōtuntq; neutra sine altera excoli felicit possit. ¶Qó ne q̄s falsē dictū arbitret: audiat absq; sapiēta anie vitem destrui. Trāsiui (inq̄t sapiēs) p vineaz viri stulti id ē sapiētia carētis. Credis forte q; pulerā repperit: audi q̄d sequit. Et ecce totū inquit repleuerāt vrtice z vepres: sz z macerta lapidū destructa erat. Prouerb. xxiij. In vrtica dat intelligi mētis adustio: quā voluptas ingerit. In spinis pūctuosa: lacerosa: vlcerosa: z dolorosa mentis pūctio: quā cupiditas parit: in destructis parietis: in destructa macerta ruinosa mētis clausio: quā ociositas opat. Sapiētā vero nō nisi in bona z bene īstituta anīa reperire posse: apte monstrat illud Sapic. i. In maliuolā aniaz nō introibit sapiētia: nec habitabit i corpe ptis subdito. Pie aūt agētibꝫ dedit sapiam. Eccl'i. iij. ¶Hanc igit vineā duplicē nūc introgress⁹: excolēdā esse suadebo ꝑsentē collatīculā: sub tribꝫ psuasoris oratiōibꝫ absoluēs. Est siquidē gen⁹ boc dicendi vehemēti⁹ atq; cōcitati⁹: qó quasi aliqbꝫ ꝓborū stimul' mētes penetrat: z vitia eas faculis accendit ad virtutē. Prima oꝛo psuasiua erit de vinea spūali nostre mētis vt ad eā pmo mane consurgam⁹. Scōa erit de eadē vt eam ipam debite excolam⁹. Tertia erit de vinea sapiētie vt eaz diligam⁹. Auditores aut vos benuolos habere ꝑcor: z hoc a vestra būanitate z clemētia ipetratū sperās incipio. ¶Adestote optimi adolescentes: z summi patris famulias iussionē credul' auribꝫ attēdite. Ite vos in vineam. Ite currite rūpite moras oēs. Quoniā vt Naso ait. Labit occulte fallitq; volubil'etas: z nihil ē annis veloci⁹ Tragicus q̄q; Seneca. Properat cursu vita citato volucriq; die. Rota ꝑcipitis voluit anni. Accelerādus idcirco cursus ē. Neq; ignotus piger ille ē a quodā vulgari poeta descriptus. Qui si mane vocē obaudit.

Si citet adhuc iterata voce sonora
Rare vigil stertit tandē clamore coactus
Ore tamē lento lingua mouet z mubit q̄d vis:
Inquit surge veni de⁹: miser en ego surgo
Vade sequar: nec eū sequit quē decipit: z tu
Nō venies: dudū venissem sed mihi restes.
Quero nec inuenio: q̄s demon sustulit illas
Surge cito: dñe sum ꝑstо: nec est tamē: immo.
Vel caput huc illuc vertit vel brachia scalpit
Hebra vel in longū distēdit: sic sibi quasdā
Undelibet mozulas q̄rit sibi: sic venit ore
Nō pedesic venies nunq; venit ille coactꝰ

¶Quā multoꝝ hic mos est q̄ nō tēporalis: sed eterni domi vocationē somniātes audiūt a ꝯbi libꝫ pctoꝝ sordidissimis auelli neq̄tes. Uez aliter est agēdū: quoniā magnū opus ē: tēpus vero brevissimū. Memunisse siq̄dē debetis z a dominica ꝑabola didicisse: vni⁹ tātūmodo dici spaciū nō ampli⁹ ad laborē datū esse: tā velox: tā brevis: tāq; caduca ē mortaliū vita. Quēadmodu; itaq; dies ab algida aurora īchoās: paulati ꝑ horas z momēta ad intēsuz meridiei feruoꝛē: z abīde in gelidā nocte ꝑgredit. Nō aliter hō ab infantia incipiēs gradatim ꝑ pueritiā: ꝑ adolescētiāq; z iuuētutē quasi ꝑ totidē horas ad viriduz z nubile virilitatis robur puebit: subinde in senectā z decrepitudinē: in tenebrosaz deniq; noctis mortē: sensu; ac sine strepitu relapsur⁹: q̄q; vita brevis q̄ tota fugacissimo dici vni⁹ cursu mensurat. Numera mēses: annos atq; lustra: nil aliud quā exigua dici vni⁹ momēta sunt. Adde q; aliaz rerū ꝑditioni vtcūq; succurrit tēporis iactura irreparabilis ē. Qó notauit vulgati ꝓsus grauis sententia. Quisq; pōt rebus succurrere nemo dieb⁹. Inde ē lyricū illud Oratij ad posthumū. Eheu fugaces posthume labunt anni. ¶Quāobꝛē p̄clarissimi adolescētes vnanimes dicite z in op⁹ deducite illud Cāticoꝝ. vij. Mane surgam⁹ ad vineas: periculosa q̄ppe est mora: ridiculosa est curuatura: fructuosa excultura: ideo mane semina semē tuū. Eccl'i. xxv. Ideo surgam⁹: surreximus z erecti sum⁹ in ipo ad vineas. Plātabunt vineas: z bibēt vinū eoꝝ. Amos. ix. Nō expectetur tertia: nō meridies: aut ipius ad extremū solis occasus: sed mane fiat. Dedecoꝛ ē instar moꝛtuoꝝ ꝓstratos humi iacere: z vt Persius indignās ait curuas in terris habere animas. Ideo surgamus cōmunes sunt singlis singule vinee: q̄ neglecte peccati vir⁹ parūt: exculte ꝓ fructificāt in vinū felicitatis eterne. Ideo ad has surgam⁹ vineas. ¶Sed dicet forsan aut pigrior aut sōnolētior aliq̄s: cur mane z nō pot⁹ vespere? Accedētes itaq; nouissimi ꝓponemur ꝓmis: z mercedis tantūdē intra sentētiā parabole hodierne sum⁹ accepturi. Incassuz igit tota die sudantes nostra attereremꝰ corpuscula: et estus ponduſq; diei intolerabiles gratis subiremꝰ. Ludēdū potius ē z adolescētie iuuētutiſq; affectib⁹ gratissimis z placidissimis indulgēdū ipsi nature: senecturi quādo q̄dez aliud agere fas nō erit vincet cultus relinquat. O fallacissimas spes: o exꝑctationes vanissimas: quot pepererunt adolescentes: quot ad celuz euolaturos iuuenes: in eqne dānatōis ꝑcipitiū ruere coegerit? Nō vos moueant mortuū seruoꝝ voces: quoniā q̄ mane dedit: nec meridiē nec ipam quidē tertiaz spopondit: sed vt sapiēter sapiens affirmat oīa in futurū seruant incerta. Eccl'es. ix. ¶Quā multi ꝑ

licos vite annos: aut somniantes aut ꝓmitten/
tes: vno die: vna hora: vnoq; momẽto miserabi/
liter obierũt: q̃t inter has vane spei voces occu/
buerũt: videre stupor ẽ. ꝓpterea filio suo ꝑ/
piebat dñs vince Matth. xxi. Fili vade opari in
vineã meã. Dicere mihi visus ẽ: pater suz: tu fili⁹
obtẽperãdũ: vadẽdũ ẽ hodie: nõ procrastinãdũ ẽ:
opari nõ obtorpescẽdũ ẽ: in vinea fructificãdũ ẽ.
¶ Sed assurgit hec ip̃a proba ⁊ temeraria spes ta/
cito murmure secũ insusurrãs: nõ hodie sz cras:
erit hodiern⁹ dies vt hestern⁹ sit in voluptate: sit
in iocis: sit in delectatiõe: cras ab his resipiscaz:
cras vinee cultui operã adhibebo: an audiuz co/
uinã vocẽ: an infidã fiduciã aniaduertitis: audi
te poti⁹ illud nõ taz creditũ q̃ expertũ. Nasonis
verbũ. Qui nõ est hodie cras min⁹ apt⁹ erit quo
usq; cras ⁊ nunq; hodie: fiãt queso oĩa ista cras
vnũ hodie: aut vnũ mane in qua vineã tuã ope/
ris. Nec frustra ꝓpheta dixisse putes: bonũ ẽ vi/
ro cũ portauerit iugũ dñi ab a. s. Treñ. iij. Jugũ
liberũ ac regiũ: ⁊ nisi ꝑm mẽdacẽ putes: suaue
atq; leue: grauat fortassis cũ incipit: mox vt tue
ris in oblectationẽ veniet. Ꝙdo bñ ꝓcipit rhetor
ille Tul. Optima forma viuẽdi eligẽda est: quã
iocũdã reddet cõsuetudo: ⁊ Naso. Qđ male fers
assuesce ferẽdo. Jugũ leue ẽ si pẽ: erit pabulũ ⁊ pre
miũ: ⁊ facil labor quẽ amor opat: mollibꝰ vero ⁊
enervatis ac nõ amãtibꝰ nihil nõ difficile ẽ. Por
ro Scñ. ia se exptũ esse ait q̃ facillime tenera cõ
cipiunt ingenia ad recti amorẽ: ⁊ Leuit. i. nõ mꝫ
tũ corruptis injecit manũ veritas. Ferocissima/
rũ em̃ beluaz catulos edomam⁹: ⁊ teneras plã/
tas circũflectim⁹ vt liber: senectã expecta solamq;
tẽpore mozã: frustra hec agere conaberis. Nec
alia rõ ẽ cur pueros suos ꝓfesti parẽtes aut scho/
lis aut aliaz rez opificibꝰ tradũt: nisi q̃ grandior
eras min⁹ bis apta ẽ: q̃sto sati⁹ bone iuẽti ac ferti
li ab incũte etate vacãdũ ẽ: qua arte alia venusti
or nulla ẽ: nulla insignior: nullaq; scitu difficilior
cũ ecõtra mala mẽs p se ⁊ sine magistro (vt Sene.
B ait) addiscat. ¶ Qua ꝓpter o ingenui adolescẽtes
dũ vinea vestra ẽ instar cere flectibil: dũq; vicio/
rũ frutrices in eã nõdũ alte radices egerũt: eã ex
colite: ad eã vigilate. Facillime siquidẽ violabil
est: aut ab estuãti ⁊ igneo vapore libidis: seu a ge
lida bruma vl̃ a turbido ⁊ ecurẽti vẽto ambitio/
nis aut alia peste bmõi: q̃ ⁊ similia incõmoda: si
vineã tenerã vobis nõ obstãtibꝰ inuaserint ꝺ ea
actũ ẽ ⁊ perijt. Eligite igit ex ea primũ ac puz vi
nũ nec sordidis criminũ fecibꝰ mixtũ: ⁊ vestris ĩ
vasiz recõdite: qm̃ flacci ꝓbũ ẽ qđ Aug⁹. placuit
quo sel̃ ibuta recẽs suabit odorẽ testa diu: ait em̃
Scñ. ij. epl̃arũ. i. q̃ in etate fili vino: primũ optim̃
est. Jdeo Virgili⁹. Optia q̃q; dies miseris mor
talibꝰ cui. Prima fugit: subeũt morbi: tristisq; se
nectus. Primũ insup vinũ gratissimũ ẽ ⁊ deo ac
ceptissimũ. Ad ꝺ iudei primitias vindemie offer/
re iubebãt sacerdotibꝰ: cõtra detestãdã illoz ig/
nauiã q̃ primitias etatis ⁊ vindemiarũ suaz spũa
liũ mũdo largit effluũt: feces sue senectuz ꝺo da
re dedicareq; ꝓponẽtes. Qui cauere debẽt ne au
dire mereant illud tpi. Nõ bibã amodo de geni
vi. b. Matth. xxvi. Qm̃ vitz senex q̃ ab initio nõ
exculta ẽ cõuertit in labruscã: aridã: nodosam et
exosam: cui⁹ liquor acerbissim⁹ ẽ. Himz si deli/
catus vini spũal̃ potator tps talis modi vitz ger
men aspernet. Himz etiã si bos senes de mise/
rys suis q̃ꝺ euelli sepe frustra conant: boza dici
noussima ingemiscẽtes nequaq; audiuit sũm⁹
patrfamilias q̃ eũ bacten⁹ semp mittẽtẽ vocãtẽq;
habuerũt contẽptui. Hẽs erat mea generosorũ
adolescẽtũ exẽpla: vt Platonis: Carbonis: Cyri
Alexãdri: Alcibiadi: sctissimoz ꝓteres vt Sa/
muelis: Dauid: Joãnis: Nicolai: ac similiũ q̃z
ingẽs multitudo ẽ: ad vestrã reuocare mẽoriã sed
veritꝰ sum ne pon⁹ obstrepere aut falsidicꝰ rez mꝫ
titudie. Satis ẽ dictũ nõ agatis vt illoz siris ꝭ
numero q̃ vineã domũ. i. aniaz suã ꝑmo mane in
uẽtus excoluerũt: de qꝺo bodierne pabole mi/
nio dicit q̃ erat dñs ꝑmo mane cõducere opari
os: ⁊ misit illos in vineã suã: qꝺ fuit thema ꝑ/
suptũ: vbi cõformit ad ꝑdicta ꝑmo mittẽte no/
bis ꝓponit cõsummata tã actio sedulitatẽ exꝑi/
mẽs imitãdã cũ dicit: misit de preterito Hiere.
xxxij. Misi ad vos oẽs seruos meos: ꝓphetas ꝺ
nocte cõsurgẽs. Ecce diligẽtiã q̃ imitãda ẽ. Tã
Hiere. xxxij. dicit q̃ nõ mittebant ꝓphetas ⁊ pcurre/
bant. Ergo a maiori nos ꝺ mittimur habem⁹ ꝑ
currere. Et sic in missis subiũgit firmata opatio
ociositatẽ reprimẽs fugiẽdã: ubi scz oparios. Ec
clesiasti. xxxiij. Mitte illũ in op⁹ ne vacet. Vul
tã em̃ malicia docuit ociositas. Et ideo sp aliqd
boni facto ne te diabol⁹ inueniat ociosuz. Jn vi
nea cõprehẽdit grata fructificatio sterilitatẽ pe
rimẽs rescindẽdã: in vineã scz Ezech. xxvij. Fac
ta ẽ vinea ⁊ fructificauit in palmites: ⁊ emisit ꝑ
pagines. Et Canti. ij. Fructũ suũ dabit vinea.
De tribꝰ sil̃ illud tã ꝑallegatũ reputat: fili vade q̃
ad primũ: opari quo ad scdm̃: in vineã meã quo
ad tertiũ. Hec de ꝓma oratione.

Sequitur secũda oratio

qualiter vineã nostrã excolere debeam⁹.

L

Otis accingimini viribꝰ insignes
viticole: sumite sarculos: ligones
t adaptate: ortus ẽ sol: exeat homo
ad opus suũ ⁊ ad opationẽ suam
vsq; ad vesperũ. Pudeat seruos stertere: pudeat
iacere ẽ: cũ tã clarũ mane fenestras intrat vt apud
Persiũ est. Cũq; vigil ille vẽturus paterfamili/

as ꝓdidem exierit qui trem̃dis vocibꝫ intonans
acclamat. Quid hic statis tota die ociosi: ite et
vos in vineã meã: quę ẽ mea vestra: ꝓcipit incũ
ctãter. Ite in vineã meã ipam excolite. Ite non
quid ẽ gressibꝫ corꝑis: sꝫ pijs affectibꝫ: neq; enim
maria nobis trãsfretãda sunt: aut deserte solitu
dines adeũde: sꝫ qõ ꝑsentissimũ est ad nos. Ite(
t ꝓsio obedientes) nõ vos ãsiueritis extra. ¶Da
bet itaq; vestrũ ꝗlibet vitẽ intra se sui corꝑis in
terclusaz: simlẽ illi quã somnias ille incarcera
tus pincerna ꝓ Pharaonis se vidisse refert Ben̄.
pl. Videbã inq̃t vitẽ corã me in q̃ erãt tres ꝓpagi
nes. Mystice vitis hec ania nostra ẽ. Et ꝓpagi
nes tres sunt ipius vires: scz vis rõnalis: vis cõ
cupiscabilis: t vis irascibil̃. Germina sunt cogi
tatiões. Flores affectiões: uue sunt opatiões: q̃
dũ ꝓdeunt q̃si in vinũ exprimunt. Hec aũt vitis:
si neglecta nec cultu ꝓtuũ assidue exercitata sit:
(vt fieri solet) cõuertit in labruscã: seu vineã sil
uestrẽ: qualis erat illa ab Heliꝫei famlo repta. iiij.
Reg. iiij. Hanc cõuersionẽ pessimã grauis inter
rogatiõe culpat de⁹. Hiere. ij. Ego inq̃t plãtaui
vineã electã: q̃modo ergo cõuersa ẽ in pranã vi
nea alienã: t Esaie. v. Exspectaui vt faceret uuas
t fecit labruscas. ¶Et quoniã q̃lis arbor ẽ: talis
eius esse fructus necesse ẽ Matth. vij. Istarũ tã
diuersarũ t aduersarũ vinearum: disparia vina
sunt: ambo tamẽ mixta. Primũ est dulce suaue t
odoriferũ: reliquũ salsuz putre t feculentũ. Pri
mũ pollicet ania sponsã dilecto suo. Dabo inquit ti
bi poculũ ex vino cõdito Esa. viij. Idcirco cond
to: q: varijs cõfecto virtutibꝫ tanq̃ ex multis aro
matibꝫ t pigmẽtis. Scõm vinũ: id ẽ de q̃ Psal.
ait plenũ mixto. i. multiplici ꝑtõ cui⁹ fex nõ ẽ ex
inanita. de quo bib. o. pe. ter. t Deuter. xxxij. Fel
draconũ vinũ eoz. ¶Videtis q̃ misẽrãda trans
formatio t q̃nto cũ discrimĩe nostre mẽtis vinea
aut inerti torꝑe aut ꝑastinatiõe puersa debi
to cultu exerceri contẽnit. Ecce nũc tẽpus puta
tionis ac spũalis exercitij aduenit: septuagesima
scz q̃ in septẽplici denario dierũ: quasi septẽ bo
ris claudit: vbi quisq; opari renuerit: diurni ex
pers erit denarij: nec cũ chꝛo hora nouissima re
surget ad vitã. Laborem⁹ igit t nõ labat nec ꝑ
dige spargat tẽpus: res (vt Seneca ait) ꝑciosis
sima: nõ ꝑdam⁹ vineã ꝑ qua irrigãda noster olim
dominꝰ ẽ crucifixꝰ: t nõ sit vilis nobis ania no
stra que tam chara illi fuit. Neq; cũ domũ neq;
vestẽ neq; suppellectilẽ malas habere volum⁹:
nõ malã simulat habeam⁹ mentẽ: sit ꝑcor chariot
nobis ania nostra q̃ tunica. Unde ꝓphus monz
sapiẽs. Miserere inq̃t anie tue placẽs deo. Ec
cli. xxx. Et quõ illi⁹ misereris quã perimis: quõ
illã animas quã sentibꝫ perõz durissimis cruciari
t desiderijs suffocari ꝑmittis. Ad misericordiã
tamẽ si vilaten⁹ flectere põt miseria illius abũde
miserãdũ erat: cũ nulla sit maior: nulla deterior:
q̃ que ex ꝑtõ orit calamitas. ¶Queso te dũ di
strictissim⁹ laboꝝ nostrorũ exactor hora dici no
uissima: quid egeris ꝑcontabit: q̃d dices: quã cõ
fuses respõsiunculã: Nõ erit mẽdaciorũ locꝰ tre
mens pudorq; suffusus t attonit⁹ respõdebis
illud Esa. i. Uineaz meã nõ custodiui. Delicati
vere t inertis serui respõsio hec ẽ: quã nõ lẽto pe
de subsequet crudelissima dãnatio. ¶Assurge
igit t operã da vt anie tue vitis radicet ꝑ ꝓfun
dam humiliatẽ. Suffimiget ꝑ doctrine susceptio
nẽ: fodiat ꝑ cordis cõtritionẽ: irriget ꝑ lachry
marũ effusionẽ: extirpet ꝑ puram cõfessionẽ. Et
tandẽ putet per plenã satisfactionẽ. Sit i ea tor
cular discipline cõuersatiõis: q̃ virtuose deuo
tionis vinũ exprimat: sit turris aut specula alte cõ
tẽplatiõis: t diligẽs mãdatoꝝ obseruatio: tanq̃
sepes atq; macerta: ferreũ habeto ligonẽ fortitu
dinis acutũ: sarculũ tẽperãtie: t vinũ fraterne di
lectiõis: sint capaces rõne tue in mẽoria: nec effu
entes aut rimose: ꝑ ꝑceptoris obligationẽ. Denĩ
q; cõtra ostẽrationẽ sint obserata atq; clausa cor
dis tui cellaria. Dũ vero mortalitat̃ tue ac fragi
litatis mẽor: terre diu recurꝰ inbeteris: subrige
te interim ether altũ intuere: lassasq; vires refo
ue. Sub diuo t in cãpestribꝫ virtutũ sit habita
tio tua: t ingrate tumultuantisq; vrbis: curiosis
sima otia: t eneruatas rabidasq; delicias: dolos
inuidiã: fraudes: ex ania tuo dimoue t detestãs
fuge. Arceant a portis ac introitibꝫ vinee tue in
sidiantũ demolitiõũq; ferarũ occursatiões: ꝑ por
tã oculorũ tuoꝝ: caue ne introeat elatꝰ superbie
cornus: nõ onager iugi domiq; ipatiens: nõ eri
cius malarũ cupiditatũ aculeis respsus: obtruda
tur auriũ ianua ne vulpecule adulationũ falla
ces ac subdole obrepãt: nõ pateat ꝑ guttꝰ aper
turã vocalibꝫ lupis ingressus: nec ebriosis licitꝫ
vini auidissimis: claudat lingue volubil̃ cardo
ipius canibꝫ detractoribꝫ clamosis atq; mordaci
bus. Super oĩa obseruet ianua tacti⁹ t mille se
ris milleq; vocibꝫ obseret: aliocñ libidinose im
mũde lutose ac sordide sues: olidi hirci: apri tru
ces oĩa subuerterẽt cõculcarẽt t solis affatibꝫ
exurerẽt. Flama forti spũ per mbã oꝛonis con
tra aues celi q̃ sunt demones Matth. xiij. Eas
dã ꝑ signũ crucis vinee affixũ vehemẽter exter
reas. Hec age ne iu vineã tuã incidat illud ꝓbe
te dictũ. Exterminauit eã aper de silua: t singula
ris ferus depastus ẽ eam. Iridẽ illud. Diripue
runt eaz oĩnes trãseuntes viã tẽ. Naboth mo
ri maluit q̃ vineã suã ꝓtio magno regi achab
venũdare: patet. iij. Reg. xxi. Et quõ tu vir tuaz
mẽtis me bis bostibꝫ gratis offeres: q̃ nõ vt vi
nea naboth caulibꝫ cõplãtanda erit: sed lappis
tribulis salũiacisq; perõz acutissimis t miseras
animas discerpentibꝫ erit respergenda Dag-

na prorsus eēt insania. ¶Curādū ē ꝓterea vt z ꝑ noiate vino ꝓpagies trib⁹ palis fulcianť. Vis rō nalis palo fidei: vis ꝯcupiscibil' palo spei: vis irascibil' palo charitatis. Hā ꝑ neglecto vitis ꝓpa rū virtū inopes humi ꝓsternit: z i altū surgere ne quiēs et humido telluris attactu viciosaz cōtra hit putredinē. Hinc nascūť arance supuacue ca nositatz: hic spurcide limaces crudelitatz: hic vo rax cupiditatis eruca ꝺuotōis medullā z gfe ro rē penit⁹ exiccātes: afferētes insup secū illā male dictionē abacuc. iij. Septa. nō erit germē in vine is. Nihil itaq; altū: nil magnificū: nil celeste co gitare pōt q fidei spei z charitatis artis vincul' z firmis retinaculis nō inhērēt: sz terrenis toto pō dere incūbētes ad oīa vicia ꝓclivi dilabūť. Hoc est qđ i bestias boies vertit: z rōnis obtūdit acīē ita vt bō tot⁹ brutalis effect⁹ sape nō possit cele stia: sz in oīne nefas atq; facin⁹ impellit. Hā vbi ꝓiecta fide regnat ignorātia vbi desperatio spei locū tenet: vbi cupiditati cedit charitas: cupidi tas inhūmanitatis ignorātia excecat z desperatio ꝑ cipitat. ¶Lōge aliť infigmis ille vince cultor pau lus. Scio inq̄t cui credidi: z cert⁹ sum: q; potēs est depositū meū ꝺuare in illū die iust⁹ iudex: ec ce ligaturā ei⁹ cum fide z spe. ij. ad Thim. i. z ad Rom. viij. Cert⁹ sum ēm: q; neq; mors neq; vita neq; angeli nē: z sequit: neq; creatura alia nos se parabit a charitate dei: ecce tenacissimū charita tis amplexū. ¶Hūc imitemur z summo patrīfa miliās anio ꝺmpto paream⁹: valeat apō nos tā tūdez dei iussio: q̄stū apud ip: oboes neq; ssimaruz cupiditatū pōt impia. Haz si eos mittit auaricia ilico pgunt: si ambitio dicūť ecce assum⁹: si luxu ria ꝑsto: si gula non differūt: si inuidia detractio ira: i auditu solo auris obediūt: z fidelis xp̄ian⁹ deū mittētē z vocātē nō audiet dissimulabit: ob surdescet: excitari ñ poterit: Absit. ¶Nihil ē qđ cupiditas suos pati ꝺuos nō faciat: famē: sitī: fri gora: nuditā celi: aerisq; itēperiē: ignominias: p bra: cōtumelias: durissima denicq; ꝺulture bume ros ꝑmet: sarcinas auget: iferrū. in ignes: in peri cula oīa neq̄ter impellit. Et tamē apud cupi dos hec pars ludus ē: vt glozīuncula aliqua aut fe da delectatiuncula adipiscanť: sive vt aliq̄s to opu lētiores fiāt: imo certe vt egēciores: vt ingloꝛi z cruciādi ꝑpetuo remanecāt. Cur charitas idipm efficere nō poterit qđ tā leuiter pōt cupiditas? Id qđ mūdus: cur de⁹ nō poterit? ¶Certe bona tātūmodo z integra assit volūtas. Oꝑet iuuenis ꝓstāter q̄dē z pseueranter: ne honestū ꝓncipiū ifa mus ōcoꝛet finis. Et ne (vt Horati⁹ ait) aterū. De sinent in piscē mulier formosa superne. Oꝑet feruen ter sentz: z instar peregrini: diei itinerā celeriꝰ: i cursu curretis: opi bono tot⁹ insistat. Ponat an te oculos ꝑmiū pollicētis: minātis terroꝛ: z oīm q̄ꝺ hūana mortalitas torquet: atq; cruciat: ma nissima z vēto similissima vanitas. Nemo missio nē suā spnat: sz aniaduertat quēadmodū vox il la gratiā notat ꝓcipuā. Misit illos in vineā suā Ubi nota bñ ad ꝓdicta sūmi patrisfamilias mi randā bonitatē. Hā salubriť nos dirigens misit dñs missit me in bethel. iij. Reg. ij. Bethel āt ba biraculū dei interpretat. Ecce salubris directio. Sūmi ꝓsfamilias gratā bonitatē: q̄ singl'arit ē diligens illos. s. operarios. Elegit rex Salomon operarios de oi israel. iij. Reg. v. Ecce singl'aris ele ctio. Tertio summu ꝓsfamilias magnā curialitatē q̄ gta ē alliciēs i vineā suā. Vocabit vir: sz ꝓs amicū suū. i. xp̄ianū ibi⁹ vineā suā. Zach. iij. Alia real' box trū ꝯcordia habet ad Rom. viij. vbi apl's ait. Quos ꝑscuit hos z ꝑdestinauit cē

Finita igitur secunda

oratione tertiā subiūgo q̄ est de vinea sapie vt eā diligamus

Visco adest q̄ celestē btām̄q; vitā i ter ra q̄nt: z mores ꝑscos cupit mutare: sa piētie vineā petat: z posit terguz nullis terrenaz curaz vepribz einsdē se cultui deuoue at. Nulla oblectatio maior: sz nec purior vlla ex ercitatio aut fructuosior aut viro generoso ac li bero dignior eē pōt: nō mun⁹ vllū pene grādius ab imobili deo boibz datū ē: q̄ q in hāc eos vi neā intū z ingressuz ꝑstat: cui⁹ culturā ꝓposuit sapiēs fedifz z regnis. Sācte id q̄dē cū ipa met sacre sapie vitis oblatū sibi regnū cōtēpserit: vñ Iudicū. ix. ¶Locuta sunt lingua ad vitez impe ra nobis. Que rndit: Hūquid possū deserere vi nū meū: qđ letificat deū z boies: z int lingua ce tera ꝓmouet. Magnifica prorsus rūsio. Sz qđ ē vinū ꝺ qđ letificat deū z boies: Sane itelligē tia spūalis sacre scripture: q; scriptura cū p torcu lar vehemētis studij cōprimit z cōstringit: vino multiplicas itelligētie spūalis exuberatiqđ letifi cat deū: nā feruēs inde deuotio oriť: qua inebria tus de⁹ exhilarescit z liberalis efficaciť: adeo vt i star regis Assueri ipi Hester q̄ anie deuote typū gerit quicq̄d petierit illico se datuz pollicetur Ho ster. iij. Letificat vero boies ob doctrinā salutife rā quā bibūť: obliuiscunť egestatis sue z paupta tis: vt notat Prouer. xxxi. Bibito ēm modeste ꝺ vino: toti terris despect⁹ in celuz rapiunť letitie. Alia causa ē: nā spūales aie morbos atq; vulne ra: vinū ꝺ doctrine sancte curat: quō sanasse legi tur p vini supinfusionē samaritanā: boiem q̄ de scendēs de hierl'm in hiericho incidit in latrōes Luce. x. Hoc vinū ē sinceꝛ subtile ac tēperatissi mū: qđ ipam domū sabaoth vineā: ecclesiā. s. ha ctenus aluit: z q̄ potata ac nutrita: in tantū adeo robur vitēq; ꝓcessaz excreuit magnitudie. Hāc vineā viri olim eccl'iastici solā colebāt: hāc ama bant: in hac exercebanť. Sed heu qualiter z q̄

mutata rerũ facies q̃ aduerso sidere: ꝫmo q̃ per
uerso sedere in cõtrariũ versa sunt oĩa. Que du-
dũ sola viris summis in honore erat: nũc ab ho-
minũ infimis habet cõtẽptui: z iaz apud nõnul-
los (q̃s magn⁹ ille e celo de⁹ male ꝓdat) infamet
dedecoꝝ nomẽ est: z florentẽ ei⁹ odorẽ quẽadmo
dũ venenifera aialia ferre neq̃ũt: z raros ei⁹ cul-
tores ridẽt: z in fabulosum suũ vertũt iocũ. Cur
ita? Eo scz ꝙ nudi ac inopes eis videant: nec in
fames diuitias habẽt malis artib⁹: fraude: dolo
rapinaq̃ cõquisitas: ꝙ insup bñficijs carẽt q̃ ta-
liũ importũitas: ne dicã indignissima quersitas;
surripit z extorquet. Hinc vinea ipa sapiẽtie ra
tis colonis excolit. ¶ Atuero creberrimis viti-
colis mũdane ac diabolice sapiẽtie vites frequẽ
tant z obstrepũt: quaꝝ vinũ grossuz ẽ: rude: indi
gestũ ac turbulẽtũ: z optim⁹ illoꝝ effectuũ opi-
fex: de q̃b⁹ ꝙ. Esdre. iij. habet ꝙ vinũ seducit mẽ-
tem z ꝟ g errorẽ: oĩa ꝓ talẽta facit loqui ꝓ pſũ-
ptionẽ: z nõ meminerũt homines cũ biberint amici
ciã neq̃ fraternitatẽ: ob insatiabilẽ auaricie cupi
ditatẽ: sumere facit gladios litiũ: suscitat tumul-
tus disceptationũ: turbat oculos rõnis: blesa red
dit ora ꝓ dolosuz fictũq̃ mẽdaciũ: efferacissimaſ
q̃ libidines gignit: z nihil ẽ q̃ sperneret: q̃ au-
deret: q̃ attẽptare nõ iubeat: inter hec currũt tẽ-
pus suũ lucri spe turpissimi. ¶ Sed q̃d opus est
teneras mordaci radere ferro auriculas, vt Sa
tyricus ait? Hec annũ iã querela est z nõ tam ex
aggerãda verbis q̃ ab oĩpotẽti deo seuerissi-
me vlciscenda. Idcirco ad vineã sapiẽtie redea-
mus qua nil pulcri⁹ sol vidit: nil creauit natura
venusti⁹: nil q̃ ecclesie rectoribꝫ magis cõgruat
vsq̃ adeo vt ꝓcipiat eis ꝑetrus apl̃s ꝙ sint pa-
rati semp ad satisfactionẽ oĩ poscẽti eos ratio-
nem de ea q̃ ẽ in eis fide. i. ꝑe. iij. Illud infinite
cõsiliũ est: platis antẽ necessariũ ad salutẽ ꝓcep
tum. Quãti sũt q̃ facere illud sciãt ex raritate tbe
logoꝝ q̃s solos hoc scire cõtingit ꝓpẽdi potest.

¶ Habet vero (vt vites cetere) vinea hec sua sũ
pflua eaz idcirco putare z expurgare necesse est.
Habet sarmẽta falsitatũ ac heresuz q̃ falce veri-
tatis rescindere cõuenit z iustis cõcremare incẽ
dijs. Eiusmodi sarmẽta mystice sunt illa q̃ ꝑau
lus naufragio liberat⁹ apud mutilenã insulã cõ-
gregauit z in ignez misit et q̃b⁹ ꝓcessit vipera q̃
suã arripuit manũ: sed in pirã ulleius eã excussit:
patet Actu. vltio. Uet⁹ hec hystoria si ad tẽpus ꝑ
sens referat: inueniem⁹ viperã hanc esse illũ pu-
rum trãsfugã: nõ nisi in malo nouissimũ: cui⁹ no-
men nõ sit in ore hoĩm: qui vt vipera solet ꝓtiaz
nup in matrẽ: imo z in matres: ecclesiaz: vnitatez:
pacẽ ac ordinẽ suũ seuire ꝑsumpsit: z qui ex ari-
dis errorũ suorũ sarmẽtis egressus ꝑauli mani-
bus inhesit: dũ ad eius dicta ipz obmorsu pen
deret: dũq̃ in ipm sui erroris vir⁹ reuocare sata gist

dicens: aut ꝑaulũ male dixisse aut se bene. Sed
o equissime rex arbiter ecce sarmẽta merito resci
sa ac amputata. Cur ignis deest? Ecce supflua
vitis: cur cessant incẽdia? Quousq̃ vipera ꝑau
li manib⁹ neq̃ter pendes? quousq̃ excussa nõ de
cidis? Sed deades volẽs aut nolẽs (nisi fallor)
in rogũ ꝑcipitabens tẽporale vel eternũ. Ibi te
liquẽs: nisi redeas: ad vlteriora ꝓgredior. ¶ Ita
obscurãdũ est circa vineã hãc sapiẽtie: ne in eam
iaciant extrema z adulterina quarũdã sciẽtiarũ
semina iuxta dei ꝑceptũ. Deutero. xxij. Uineã ne
quit alterno semine nõ seminef. ¶ Uidẽ q̃z sunt
z explodẽde aranee: que ipi minerue (quã sapiẽ-
tie deã fingũt) ideo inuise ac odiose ferunt: q̃ in
subtilissimoꝝ q̃z fragiliuz filorũ cõtextiõe scipsas
euiscerãt. Debẽt autẽ solida esse z fortia sapiẽtie
documẽta: nec tã casse subtilitati q̃s plane verita-
ti deseruiẽtia. Hec ob aliud eñ Catho magnus
expellivoluit ab vrbe Carneadẽ q̃s q̃ sophistice
subtilitati plus eq̃ dedit⁹: veritatẽ aut obuolue-
re aut offuscare videref. Et talia q̃s q̃s opoꝛa sint
z difficultatis plurimũ habẽtia: nõ ideo scruta-
ri cõuenit in tãta tẽporis egestate: cũ alie tot oc-
cupatiões se offerãt tractari digniores. Multã
operã dedit q̃ Homeri iliada tã tenui in mẽbra
na z exigua littera scripsit vt in nucis parue nu-
cleo totã includeret. Itẽ callicrates dũ in magni
tudine ꝓtia ex eboze formicas effigeat. Hec mi
nus murmichrides q̃ q̃drigã eburneã adeo par-
uã fabricauit: vt a muscẽ alis tegeref: z nauĩ quã
apicula pẽnis absc̃deret. Esto hec admiranda
sint: inutilia tamẽ sunt nec modesti hoĩem inge-
nij detẽtura. Pl⁹ equidẽ ꝑdesse q̃s admirari studẽ
dũ est. Et ista studere curen: q̃ sapiẽtie vineã colẽ
dã susceperit: vt nec inutilũ z supuacuoꝝ ꝓcru-
tatione frustra se torqueat: nec in his acumẽ sui
obtũdat ingenij. ¶ Sũmopere ad extremũ relegã J
de sunt discursatiões z desideria mentis vaga.
Inutãdusq̃ in ꝟ est Judas: q̃ vt legit Genẽ. xlix.
alligauit asinã suã ad vitem. Asina nostra: caro
nostra ẽ aut aialis appetit⁹: hebes inersq̃. Que
asina ad sapiẽtie vitez colligak: per ꝓrupta: ꝓ in-
culta ve petrosa z aspera malaruz cupidinũ de-
uia nõ linquit euagari: nec sessorẽ suũ qui ẽ spiri-
tus noster: qua nõ licet iuebit aut ꝑpellit. ¶ Hec
autẽ asella fortib⁹ disciplineꝫ vinculastricta z do-
mita: liber spũs se intrat: e specat: z suc dignita-
tis cõscius assurgit alacer: leuẽs cõtẽplatiõis a-
las aptat: z cãdidissimis bonoꝝ affectuũ plumis
indut: aera ꝑtriolat: z ex alto exosas terras de
spiciens sidereos petit tract⁹: z supmũ celi verti-
cẽ scãdit: ibi glorioſuz mũdi cõditorẽ redẽptorẽ
q̃ suũ: ac etbereos icolas videt admirat: stupet
z eorũ familiarissima collocutiõe recreat. ¶ Isti
nãq̃ sunt vt Ozias (qui videꝫ deũ interpret) q̃
vineas suas habuit in mõtib⁹ ꝫmo in sublimio-

ri mōtiū oīm̄ibus celo: put habek.ij. Paral.xxvi. Ed docek ibidē plenissime ipe spūs de vinee sue cultura: qd inserēdū: qd ve rescindēdū est: z qd mercedis recipiēdū. ¶ Introducit interim i cellā charitatis vinariā: z vino deuotōis potatur: quo inebriat' iā se nō caput in se. Unit n̄q; vbi tor⁹ amor suus ē. Ubi aūt amor ibi z cor: vbi vero cor ibi vitā esse necesse ē. Quod ille tertiū i cellū rapt⁹ innuēs. Nostra inq̄t cōuersatio in celis est. Hoc de viris sapiētie dedit; maxime dictuz crediderīz. ¶ Interea apud ipm spiritū oīs mor talū subit oblitio: nō trenoz cura surrepit. Et si verbis rigidi illi⁹ Apollo apud tragedicā Seneca vtimur. Nō illū amare mētis inflāmat furor. Nō aura populi z vulg⁹ infidū bonis. Non pestilēs inuidia i materia: nō fragilis fauor. Nō ille regno seruit aut regno iminēs. Uanosq; bonores sequ.t: aut fluxas opes. Spei metusq; liber nō scelera populosas int' vrbes sita. Nouit: nec oīm cōscius strepit⁹ pauet: aut verba fingit mille: aut q̄nt tegi duris colūnis. Sed rure vacuo pont: z aperto ethere mō cui⁹ errat. Ethera ac lucē petit z teste celo viuit ¶ Quā dispar z q̄ dissimil' hec vita ē illi cui⁹ idem Seneca nemit tragedia: patz Aeu.ij. Ille inq̄t supbos aditus regū. Duraq; fores expers somni. Colit: ac nullo fine beatas. Eōponit opes gazis inbias. Et cōgesto paup in auro. Illū populi fauor attonitū fluctuq; mag⁹ mobile vulg⁹ aura tumidū volvit inani hic clāmosi rabiosa fori iurgia vendēs ip: ob⁹ iras z verba locat. Hec ille. ¶ Nō poterāt duplicis vite terrene z spūalis aduersi mores describi ꝓpius: sed nec fideli⁹ dici. ¶ Id vero totū ad illud redit qō de scōa vinea culto ribus nup erp̄sus ē: quoz ibi sunt mūdani ac bestiales viri: q̄s in vineā suā mittit terrena ac diabolica sapiēta. Prim aūt sūt spūales homines: quos vera sapia q̄ christ⁹ ē elegit p gratiā: z misit illos in vineā suā: q̄ fuerūt verba a p̄ncipio p posita. Ubi correspōdent ad dicta cernere licz q̄ ipsa sapiēta artis doctos cōspecrat: auctoritatē sūmmistrat: q; misit illos. Hec inertes nō recep tat: laboratores puros optat illos operios. Sibi soli nō labōrat: sed singl'os curat in vineā suā De primo misit ūllos p̄dicare regnū dei. Matt. x. Ad missionē auctoritas refert: ad p̄dicationē vero scīētia: z idē habek Matth.iij. z Luc. i. De secūdo Eccles.ix. Quicq̄d potest man⁹ tua icessanter opare cōtra ignauiā. Et Eccli.xxiij. inq̄t ipsa sapiēta. Qui operant in me nō peccabunt Ecce puritatē. Ideo Hieron⁹. Ama scīētiā scripturarū z carnis vicia non amabis. Pro tertio Eccli.xxiij. aut Jesus filius syrach. Quasi q̄ vindemiat repleui torcular: quoniā nō mihi soli labo: aui sed oīb⁹ exercentib⁹ disciplinā. Pro tribus simul in typo foetis mulier habek Prouer.viij. De fructu manuū suarū plātauit vineā. In plā tatione notat ars z doctrina. In fructu manuū opario beata. In vinea vbertas opulenta. Ut ei tribuat illud Cant.viij. Ubera tua sicut botr⁹ vi nee: z guttur vinū optimū. In boc oīonis bui⁹ tertie finē statio. ¶ Hūc antē liber ūsdē verbis quib⁹ rhetorica suā Arestot. finit collationē terminare. Itaq; dixi: audistis: tenete: iudicate. Dixi sed ruditer. Audistis benigniter. Tenete fideliter. Et iudicate salubriter: vt certā vestrā vocationē faciatis. i. Pet.i. z satis ingiter sicut vitis abundās in latericio dom⁹ dñi: vt deniq; vobis ꝓpinet vnū eterne iocūditatis ille q̄ vitis vera est domin⁹ noster Jesus xp̄s qui ē benedict⁹ in secula seculoz Amen.

Sequitur sermo de cōceptione btē virginis Marie: } ascribit e. dē Cancellario: sed su⁹ esse nō apparet.

L

Tota pulcra es amica mea z macula nō est in te. Cantic. iij. Magistri mei venerādi z patres dilectissimi: vt gratia almi spūssancti in nos velit redūdare Mariā plenā gratia: sic habeo invocare. Aue virgo fons gratie tota gratiosa: tota pulcra facie: virgoq; formosa: sola sine scabie: maculaq; rosa. ¶ Tota pulcra es amica mea z c̄. Magistri mei reuerēdi dū quero mētaliter buius verbi glosaz: reperio beatā virginē apud deum boiem creatā formosaz. Hā in sup̄mo cardine quōdaz sub imagine fuit festū celebratū cum multo solēni z grato cōtubernio: qō laudat cer⁹ vatū. Scādūt ex hac nebula: virgies sine macula: fuit festū disputatū. Cōclusū ē z terminatū q̄ amica rei data: tota pulcra ē creata: nūq; quoq; maculata: sic fuit sentētiatū. ¶ Ecce magistri mei q̄ festiuitas solēnis: q̄ grata: q̄ pennis: tota pulcra. Quedā lis sup delicta: sup re nūq; neglecta: q; amica mea. Rūsio q̄ gaudiosa z sentē tentia q̄ famosa: macula nō ē in te. ¶ Jurta hec tria nostra cōsideratio: tractatu triplici ē parita. Prim⁹ tractat⁹ dicet festiuitatē tā solēnē: taz gratā: tam pennē. Jurta primū tota pulcra. Secūdus tractat⁹ docet de lite sup delicta: sup re nunq̄ neglecta. Jurta secūdū amica mea. Tert⁹ tractatus dicet rūsionē gaudiosaz ad sniam taz famosam: macula nō est in te.

Uantū ad primū tractatū nostre considerationis que notat festiuitatē solēnē tē. Est magistri mei deuote specta
q landū fuisse festū solenne: de quo ꝓpheta Zacha.viij. loquit in hec verba. Peraudet dom⁹ oēs gētes que nō ascēdūt ad celebrā dū festū tabernaculoz. In q̄ festo. Primo taber-

naculū stellare dat mūdo solenniū. Secūdo tabernaculū solare dat mūdo solatiū. Tertō tabernaculū regale dat mūdo spectaculū. Quarto tabernaculuz diuiale dat mūdo scrutiniū. ¶Prio nāq; Marie caro in ℟ festo fuit vt stella formata. Ecce primū tabernaculū. Secūdo in ℟ festo marie ania vt sol creata. Ecce secūdū tabernaculū. Tertio in ℟ festo fuit maria tota sup naturaz dotata. Ecce tertiū tabernaculū. Quarto in hoc festo fuit maria tota ex gratuq vallata. Ecce q̄rtū tabernaculū. ¶In ℟ nēpe festo in supmo cardine sub imagie celebrato: visus ē olim rex ille: de q̄ Hiere. xiij. Quis nō timebit te o rex gentiū: tuū est eñ dec⁹ inter cūctos sapiētes gentiū: z in vniuersis regnis eoz null⁹ est simil nbi. Hic rex altissim⁹ visus ē olim formare sibi tabernaculū: scz marie carnē in mūdicia stellari. Nūeri. xxiiij. Visus ē sibi formare tabernaculū: scz marie carnē sine lāguoze locali. Prouerb. viij. Visus ē sibi formare tabernaculū: scz marie carnē sine lege carnali Aug⁹. in sermōe. ¶Ad hanc nēpe visionē cōsidero bui⁹ vie tres sapiētes i spū eleuatos ¶Ecce prim⁹ de lege nature Balaā filiⁿ Beoz in quādā visionē eleuat⁹ vidit mulierē fm carnez formari i mūdicia stellari. Orietur inquit stella ex Jacob z cōsurget virga de israel: scz maria fm carnē: patet Nūeri. xxiiij. cū ibi notatio. ¶Post hec de lege scripta sapiētissim⁹ Salomō in quādam visionē imaginariā eleuat⁹: vidit ꝑcul mulierē fortē mariā scz fm carnē formari: sed fortitudo z decoz indumētū eius scz carnis sine languoze nature Prouerb. viij. Post hec de lege ḡ rie bēūs Aug⁹. in quodd ā lumē viuificū eleuat⁹ vidit matrē dei formari fm carnē: prupit in hec verba. Quis potuit in hmōi ania vel carne loc⁹ esse viciorū: quādo ad celi vicē cōtinētis oia domini tēplū est effecta. Hec ē reuera illa dom⁹ dei de qua p Salomonē dicit. Sapiētia edificauit sibi domū: excidit colūnas septē. Nāq; virginalis bui⁹ dom⁹ colūnis fulcita ē: ḋa veneranda hec mater domū: septē spūssancti donis dotata fuit: quā talē vniq eterna sapiētia edificauit vt digna omīno cēt ex qua ipe carnē assumeret in ineffabile ꝓcūū saluris hūanc. Quid digni⁹ hac virgine: ḋd sancti⁹ in hūani generis serie potuerit exoriri: Hec Augustin⁹ in sermōe. Igit nunq; fuit in carne marie loc⁹ vel radix viciorū: vt vult Augustin⁹. Quare videt aliq̄bo q̄ nunq; in ei⁹ carne fuit languor nature vel ꝛer mēbroruz: vel fomes ꝓcūū: vel dominū politicū volūtatis ad sensum: sz dominū despoticū sicuti in statu ꝓme innocētie caroq; mūdissima a pncipio fuit: z tabernaculū altissimi dei filio ꝓparatū. Et hoc est primū tabernaculoz qō hodierna festiuitas solenizat. Et sic patz qualit tabernaculū stellare dat mūdo solenniū. ¶Secūdo dico q̄ tabernaculū solare dat mūdo solaciū. Nā secūdo ordine tempozū prefat⁹ rex sub illa visione imagiaria visus est sibi formare aliud tabernaculū ad modū inebriātis cōtuberny p amoꝛē: scz ania⁹ marie a sui pncipio vt radius solaribus mūdissimis fulgentē: quā vidēs augmētata natura in lumīe glorie: festo gaudioso in creatiōis pncipio eā cōsidero decātare. Pulcritudo ei⁹ est vt spēs celi in visione glorie. Eccli. xliij. Aspect⁹ ei⁹ vt sol in exitu vas plenū gratie. Ibidē. Hec vas castroꝝ lucis in excelsis ordinata acie. Ibidē. Uide arcū celi: benedic factorē potentē curie. Ibidē. Candoꝛē bui⁹ admirabil⁹ oculos tumēs in glacie. Ibidē. Ad q̄s cātus nōnullos viatoꝛes quadā luce imagiaria cōsidero in spū eleuatos. ¶Ad hāc fozme visionem eleuat⁹ est sub lege nature scrūs vir Job cū vidit solē fulgere quo ad ania⁹ marie: z lunā incedentē clare quo ad ei⁹ carnē: z letatū est coz ei⁹ in abscōdito: patz Job. xxxi. cū suis notatis. Nā ille vsq; ad fidez mediatoris christi ponit⁹ eleuatus: patz supza. xxx. Ad hāc visionē de lege scripta ponūt nōnulli alti⁹ eleuataz: scz intellectualiē sanctū regē Dauid: cū vidit spōsum in sole ponere tabernaculū suuz: z cū sole anie carnē viuere marie. Psal. xviij. cū ibi notatis. Ad hāc visionē de lege gratie bēūs Ambroſi⁹ est assumpt⁹: q̄ videns marie ania⁹ a sui pncipio ꝓseruatiōe redēptā ait. Hec mirū si domin⁹ redēpturus mundū operationē suā inchoauit a maria: vt p quā sal⁹ oīb⁹ parabat: eidē primo fructū saluris hauriret ex pignore. Quid ei nobili⁹ ꝺi matre: q̄d splēdidius ea quā splēdoꝛ elegit. Ut de ceteris eius virtutib⁹ taceā: virgo erat nō solū corpe sed z mēte. Hec Ambroſ. sup Lucā: z in lib. de sctā virginitate. Sicut patet ex visiōe scī Ambroſij nō fuit a casu eleuata sz ꝓseruata: alās nō virgo mēte si pcō corrupta. Et sic patet q̄liter tabernaculū solare dat mūdo solaciū. ¶Tertio ditī q̄ tabernaculū regale dat mūdo spectaculū. Haz in tertio ordine nature: sub illa visione imagiaria: ꝓfatus rex visus ē formare sibi aliud tabernaculū ad modū regalis triclinij p lectulo Salomonis: scz mariā sub natura dotataz cū vnit⁹ est sol stelle: scz ania virginis sue carni. In cui⁹ vnione q̄s natura angelica ptulit laudes ex terrenis sumit argumētū. Cū Quidi⁹ Haso existens in insula ponti: ad visionē bui⁹ tabernaculi aliq̄liter eleuat⁹ de hac virgine in lib. iij. de vetula. prupit i hec verba. Nūda quidē magni animi: manicq decoris. Pluris bonestatis. Et ecce Albumazar sub enigmate: z in illis nebulis exist ens: ad visionē bui⁹ tabernaculi aliq̄liter ē assumpt⁹ ipso teste lib. vi. maioris introductoꝝ. Et iteruz existēte Sibilla. Uirgili⁹ maro in europa ad visionē bui⁹ tertij tabernaculi ē eleuatus ipo teste i Bucolicē. egloga quarta. Ultima cumei iā venit

carmīs etas. Jam redit ⁊ virgo rede. ⁊c. Quali ter Hieronym⁹ in Rhoma existēs altiori lumīe eleuat⁹ hoc tabernaculū virgineū cōtēplās dice bat. Quid nos tantilli: q̄d actione pusilli: q̄d in ei⁹ laudibus referam⁹: cū ⁊ si oīm nostrū mēbra verterent̄ in linguas eā laudare sufficeret null⁹. Altior em̄ celo est de qua loq̄ nitimur: abysso ꝓfundior: cui laudes dicere conamur. Si celū inquit te vocē: altior es. Si matrē gentiū: p̄cellis Si formā dei te appellē: digna existis. Si dominā angelorū digna esse ꝓbaris. Quid ergo digne de te dicā? Hec Hieronym⁹ in sermōe. Sic patet q̄liter tabernaculū regale dat mūdo spectaculū. ¶Quarto dico ꝙ tabernaculū diuīale dat mūdo scrutiniū. Nā quarto ordīe nature p̄fatus rex visus ē sibi formare aliud tabernaculū ad modū sacrarij spūalis. Nō quidē aliud quo ad rationem essentialem: sed aliud quo ad rationē moralem: scilicet totā Mariā in p̄ncipio sui aliter se habentē sub magnitudīe gratiaꝝ q̄ꝫ prius ordīe cause sub altitudīe nature. In cui⁹ gratioso ꝓgressu ip̄e rex eā taliter cōmēdabat. Ecce tu pulcra es amica mea: ecce tu pulcra. Cāticoꝝ .i. Sicut liliū inter spinas: sic amica mea. ⁊c. infra ca. sequē. Oculi tui sicut colūbarū: eod̄ cap̄. Sicut vitta coccinea labia tua: ⁊ eloquiū tuum dulce: infra eod̄ ca. Nasus tu⁹ sicut turris libani que respicit damascū: infra capl'o. vij. Collū tuū sicut turris eburnea. Ibidē. Quā pulcri sūt gressus tui in calciamētis: filia p̄ncipis in calciamētis: scꝫ carnis supra eodē cū ibi notatis. Statura tua assil'ata est palme: ⁊ vbera tua botris. Ibidē. Tota pulcra es amica mea ⁊ macula ⁊c. vbi thema. Sic eā eius cātor ille rex altissim⁹ cōmēdabat. ¶Quas laudes audiēs in spiritu ille sapiētissim⁹ Salomō videnscꝫ sub lumīe illud q̄rtum tabernaculū hāc virginē gloriosaꝫ q̄rebat de ea. Que ē ista que ꝓgredit̄ quasi aurora ꝯsurgens: q̄ ad totā in naturalib⁹. Pulcra vt luna: q̄ ad carnē. Electa vt sol quo ad aīaꝫ: terribilis vt castrorū acies ordīata quo ad totā in gratuitis. Cāticoꝝ. vi. ¶Et cū nullus sibi respōderet: iterū atqꝫ iterū q̄reret. Que ē ista q̄ ꝓgredit̄ q̄si ⁊c. vt sup̄ Cañ. iij. Et infra: tādeꝫ naturā angelicaꝫ ad questiōes p̄fatas cōsidero respōdisse: hec est stella maris: vite via: porta salutis. Regula iusticie: limes pietatis: origo virtutis: venie mater: thalamusqꝫ pudoris. Ortus cōclusus: fons signatus: oliua fructificās: cedrus redolēs: paradisus amen⁹. Virgula pigmēti vinaria cella liquore. Predita diuino nectar celeste ꝓpinās. Nescia spineti: florēs rosa nescia culpe. Gratie fons expers limi: lux nubila pellēs. Spes miseris medicina reis: tutela beatis. Proscriptis redit⁹ erranti semita cecis. Lumē deiectis requies pausatio fessis. Hec Alan⁹ in anticlaudiano.

Hanc ergo responsionē

audiens Petr⁹ comestor ꝓrupit in hec verba.
Si fieri posset ꝙ arene puluis ⁊ vnde.
Undarū gutte: rose: gēme: lilia: flāme.
Ethera celicole: nix grando sexus vterqꝫ.
Ventoꝝ pēne: volucrū pecudū gen⁹ om̄e.
Siluaꝝ rami: frondes auiū quoqꝫ pēne.
Ros gramē stelle piscis anguis ariste.
Et lapides mōtes cōualles terra dracones.
Lingue cūcte forēt mīme depromere possent.
Que sis vel quāta: virgo regina maria
Que tua sit pietas: nec littera nec dabit etas.

¶Ergo ⁊ fratres charissimi ascendite vos in spiritu: ⁊ videbitꝫ mariā absqꝫ pari: pulcrā absqꝫ fari: q̄a tota pulcra. Mariā amorosā: valde gratiosam: qꝛ amica mea. Mariaꝫ in cōceptu absqꝫ om̄i defectu: qꝛ macula nō est in te. ¶Videte ergo mariā sine culpa q̄ ad mentē: quo ad carnē: q̄ ad dentē: qꝛ tota pulcra. Videte Mariā p̄paratā suo nato iā dotatā: qꝛ amica mea. Videte mariā sine pctō originali absqꝫ fato: qꝛ macula nō ē in te. Ergo dic gens pharisea. Tota pulcra es amica mea nec ē in te macula: que fuerūt thematis verba.

Sequitur secundus tractat⁹

nostre cōsideratiōis qui notat de lite super delicta: sup̄ re nūq̄ꝫ neglecta: cuꝫ sit amica mea. Ubi est deuote speculāduꝫ in h̄ festo fuisse quādam litē: de qua monet sapiēs. Eccl'i. iiij. dicēs. Nō cōtendas cū hoīe locuplete: ne forte cōtra te ꝯstituat litē. In qua lite p̄mo actor p̄sentat̄. Secundo causa ꝓpalat̄. Tertio re⁹ ꝯnotat̄ Quarto causa disputat̄. ¶Primo nāqꝫ in lite hui⁹ festi tabernaculorū regis actor p̄sentat̄: scꝫ octo vetule que sepe ad h̄ festū scandūt ex hac nebula furibūde. Prima vocat̄ littera occidēs. Secūda ratō litigiosa. Tertia spēs sophistica. Quarta supficies canonū. Quinta apparētia legis. Sexta falsa mathesis. Septima falsa poesis. Octaua suspitio heretica. ¶Ascēdūt ad h̄ festū octo vetule. Littera occidēs in vultu iā rugata. Ratio litigiosa rixis comitata. Species sophistica fallacijs armata. Supficies canonū penit⁹ inflata. Apparentia legis apparēs aduocata. Falsa mathesis ex gestis diffamata. Falsa poesis apparēter adornata. Suspitio heretica tremēs antiquata.

¶Cū his vetulis ascēdit ad hoc festū. Lis grauis: ira furens: odiuꝫ īmortale: perennis rancor: inhuman⁹ strepit⁹: cōgressio dira. Questio difficilis quā nulla solutio sedat. Juxta Nasonē. ij. de vetula. Sicqꝫ patet q̄liter in hac lite actor p̄sentat̄. ¶Prima ergo vetula scꝫ littera occidēs: in illa visione imagīaria fricando vultū: scalpēdo caput in regis presentia loquit̄ in hec verba.

